Q. D. B. V.

Autoritate

Magnifici JureConſultorum Ordinis,

Præſide

VIRO

Nobiliſſimo, Excellentiſſimo, Conſultiſſimo

DN. HENRICO KOSEL,

J. U. D. & P. P. Curiæ Electoralis, Scabinatus, ac Facultatis Juridicæ Aſſeſſore, & nunc

Decano,

Domino ac Præceptore ſuo honorando,

De

BENEFICIIS ET FEUDIS ECCLESIASTICIS

publicè diſputabit

JOHANNES DAVID OPPEL,

Eq. Miſn.

ad d. XII. Auguſti.

In Collegio JureConſultorum.

WITTENBERGÆ.

Excudebat JOHANNES RÖHNERUS, Acad. Typogr.

Anno 1652.

76.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO

DN. JOHANNI GEORGIO,

SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC MONTIUM DUCI, S. ROM. IMP. PRÆFECTO PRÆTORIO ET ELECTORI, LANDGRAFIO THURINGIÆ, MARCHIONI MISNIÆ ET UTRIUSQVE LUSATIÆ, BURGGRAFIO MAGDEBURGI, COMITI MARCÆ ET RAVENSBERGÆ, DYNASTÆ IN RAVENSTEIN,

Nec non

ILLVSTRISSIMO CELSISSIMOQVE
PRINCIPI AC DOMINO

DN. JOHANNI GEORGIO,

SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC MONTIUM DUCI, ET ELECTORALIS DIGNITATIS OLIM HEREDI, LANDGRAFIO THURINGIÆ, MARCHIONI MISNIÆ ET UTRIUSQVE LUSATIÆ, COMITI MARCÆ ET RAVENSBERGÆ, DYNASTÆ IN RAVENSTEIN,

DOMINIS SUIS CLEMENTISSIMIS

JOHANNES DAVID OPPEL

D. D.

Digitized by Google

ESt ea Veſtra virtus, DOMINI, quæ jamdudum in admirationem ſui Orbem rapuit, quamque in poſterum ſeria carmina & honor æternus Annalium colet. Ibit, ibit in ſecula, fuiſſe Principem Electorem, qui tàm benè Rempublicam, tàm ex utilitate omnium rexerit, ut, qui tot rerum veniam dederit, nullius petere habeat neceſſum: quique Optimus Pater Rectorem Reipublicæ ex Se Filium longa fide approbaverit; nec Succeſſorem priùs, quàm ſimilem ſui, id eſt, OPTIMUM, expertus fuerit. Ibit in ſecula, fuiſſe Filium, Heredem non Electoratus tantùm, ſed & æternitatis ac gloriæ. Hinc fit, ut nemo unus homo uni homini tàm carus unquam fuerit, quàm VOS veſtris Ordinibus, veſtris Civibus: quibus nunc omnibus & hæc exprimitur confesſio, eſſe felices; & illa, nihil jam his accedere bonis poſſe, niſi ut perpetua ſint. Hinc in VOS converſa omnium ora, omnium ſtudia, certantium inter ſe, quis primùm, quisve potisſimùm placeat. Ego, poſt hoc ipſum nobile Jureconſultorum quinquen-

nium, quod in hac Veſtra Academia vivo, nihil mihi antiquius duxi, quam efficere, ut pietas VOBIS mea abunde conſtaret. Quam etiam ultro polliceri videbatur, mihi Gratiæ qualis ad omnes pervenit Clementiæ Veſtræ admiratio: ad cujus nunc aram ſuſpendo, quicquid Illuſtriſſimo Veſtro Nomini hic dedicatum ſcholaſtici operis intuemini. Cujus tenuitas ſi nullo loco habenda fuerit, hic ſanctus tamen & VOBIS æternum devotus animus, dignus videbitur, qui aliquam apud VOS gratiam ineat: attendentes, etiam Diis ipſis, ut Vetus Scriptor loquitur, quorum VOS vicem in terris geritis, gratiorem exiſtimari, qui Delubris eorum puram caſtamq; mentem, quàm qui meditatum carmen intulerit. DEUM veneror, ut VOS SERVET QUAM FELICISSIMOS, MAGNUM LONGUMQVE REIBUPLICÆ BONUM! Dabam in Veſtra VVittenbergæ, a. d. pr. Id. Sextil, Anno cIↄ Iↄc LII.

Ad

NOBILISSIMUM

Autorem.

QUid Patris excelſi genium, privataq; primæ
Cura juventutis, quidq; invigilaſſe Camœnis
Albiacis, ſacræ Themidi noctesq; diesq;
Incubuiſſe juvet, Tua Diſſertatio docta
JANE-DAVID monſtrat: Macte his virtutibus, olim
Patris Permagni ſic Munia magna ſubibis.

Ita vovet

JEREMIAS REUSNERUS D. PP.
& Collegii Ordinarius.

Ad Nobiliſsimum

Dn. Reſpondentem.

FLos eruditioris Adoleſcentiæ,
Magni Parentis ſpes Tui, ac ſurgens Tuæ
Decus Familiæ ſplendidæ, quantò indoles
Tibi contigit capacior, tantò acriùs
Urgere diligentiam pergis Tuam.
Sic perge delicatioris ingenî
Flos, arduis virtutibus præludere
Metamq; contra tendere propiùs indies.
Et ſplendor ingens ambiet Te deniq;,
Et glorioſus ante plurimos eris.

410

Gradus ſupremus gloriæ eſt, Genus ſuum
Illuſtre reddidiſſe primum; At hic gradus
Secundus eſt, Decus paternum ad Poſteros
Acceſſione, ſed bona, transmittere.

AUGUSTINUS STRAUCHIUS, D.

Ad Nobiliſſimum

Dn. Reſpondentem

publicè ſcribentem & diſputantem.

SPES PATRIÆ, GENERISQ; SUI GENEROSA PROPAGO
Egregias mox prodit opes, & munera mentis
Exerit, ac nunquam cunctando his imminet aulis
Queîs Virtus, doctrina ſimul bona fama paratur,
Nil leve, nil vanum, non ludicra & impia tentat.
Sed quibus efferri poſſit cum laude per auras.
Hæc ſpatia egregiè dum conficis, omnibus audis
SPES PATRIÆ, GENERISQ; TUI GENEROSA PROPAGO.

Teſtandæ benevolentiæ g.

GOTTFRIEDT SUEVUS,
U. J. D. & P. P.

Ad Magnificum Dn. PARENTEM,
cum de FEUDIS ECCLESIASTICIS diſputaret ex Academia noſtra diſceſſurus Nobiliſſimus ejus filius

JOHAN-DAVID OPPEL.

MAgne Pater, doctæ nec ſolo ſanguine prolis,
Ingenio & magna compare mente Pater,

Accipe

Accipe Leucoreæ redeuntem ponte cathedra,
Et titulos Gnato quos meriti adde tuo.
Quicquid habet virtus, ſeu quas Themis aurea ſparſit,
Noctibus inſomnis has cumulavit opes.
Felix, ſi juvenem discat tua Saxonis aula:
Hoc laudis supereſt; & dabit illa Viro.

HENRICUS COSELIUS,
J.U.D. & P.P.

Ad Nobiliſſimum

Dominum Reſpondentem,

de eruditisſimâ ejus diſputatione, DE BENEF. ET FEUDIS ECCLESIASTICIS.

CUm videam egregias dotes, meritumq; libelli,
Et pretium, quo ſe charta diſerta probet;
Neſcio, quid primùm celebrem, quid laude ſecundâ
Attollam, atque loco poſteriore canam.
Provocat ingenium curam, Geniumq; potentem
Gratia, Muſarum quam lepor omnis amat.
Quantum hic judicii, primævo flore juventa
Dum tumet, & tantis obſtupet ipſa bonis?
Sit laudis vis ſumma tuæ, certo ordine laudes
Quod nequeo ex meritis pandere, Amice, tuas,
Atque oneri eſt turba ipſa ſibi. majusq; minusq;
Diſcrepat: ex æquo hîc omnia ſunt paria.

Omnia,

411

Donum, quæ magnum Patriæ promittere Civem,
Et decus olim ingens præſidiumq; queant.

AUGUSTUS BUCHNERUS.

AD NOBILISSIMUM

Dn. Reſpondentem.

NOn uno, OPPELI, celebratum nomine Nomen,
Læta quem Charites, quem Themis alma colit,
Et galea patriâ decorant virtute parata,
Nec minus à propriâ qui venit arte nitor;
Quì vincla, Cathedra quoties ſummiſſus acutâ
Socraticas doctè ſpargis ab ore dapes:
Felix & magno ſoboles condigna Parente,
Atq; eadem patriâ congeminanda ſtolâ
Cui velati primis te Aſtræa ſacravit ab annis;
Sic virtus, gnati ſpiret in ore, patris.

JOHANNES ERICUS OSTERMANNUS.
P. P.

Q. D. B. V.

De

BENEFICIIS ET FEUDIS ECCLESIASTICIS

DISSERTATIO.

PRo virtute & inſignibus in rempub. meritis conferre beneficia ac honores naturali lege decet: ita conferre, ut, quem augeas iisdem, ſimul & obliges, conſilii res eſt. Hinc videas tot ubique conſtituta egregiis factis præmia, & in optima quaque rep. eò majora, quò ad perfectionem virtutis ac gloriæ propiùs accedit. Comparata autem ita, ut non magis remunerentur præterita, quàm in futurum conſulant. Honorabat *Taxilem* Maximus Græcorum *Alexander*, Curt. l. 8. c. 12. ut tanti regis benivolentia ſe non indignum oſtenderet; muneribus certabat, ut obtineret, quod ſibi tribuere conſveverat, *à*

A *nullo*

Senec. de Benef. l. 5. c. 6. pr.
Plut. apopht. p. 181. C. & in Alex. p. 698. B.
Strabo l. 15. p. 624. B.
Val. Max. l. 4. c. 8. n. 4. p. 217.

nullo ſe beneficiis victum: ſed *ut ſimul ſibi Barbaros obſtringeret.* *Roma* quoq; *Domina gentium*, victam Aſiam, quicquid ejus intra Taurum Antiochus poſſederat, donavit *Attalo*, quo ſocio in ea occupanda uſa fuerat, non modo *eò excelſius & ſpecioſius ſuum fore Imperium credens, ſi ditiſſimam atq; amœniſſimam partem terrarum orbis in BENEFICIO quàm in fructu ſuo reponere maluiſſet*; ſed *vetere etiam ac pridem recepta Populi conſuetudine, ut haberet Inſtrumenta SERVITVTIS & Reges*: Mox à moriente recuperatura hæres, quod vivo conceſſerat. Imitata hanc Patrum induſtriam ſequior ætas, quod egregiè eam profuiſſe reip. cerneret, in diſpenſatione hujusmodi beneficiorum majorem quotidiè curam adhibuit: donec tandem, quo tamen ſeculo, aut à qua gente, incertum, introductus mos, quo bene meritis rerum immobilium ac prædiorum uſumfructum concederent, ſibi eorum remanente dominio. Ea lege, ut & ille reverteretur ad concedentem,

Tac. Agr. c. 14 n. 2. & ibi Buchn.
Strabo. d. l. D.

tem, ſi ex deſcendentibus heres deficiat. Et ne rei tam præclaræ nomen deeſſet, *Feudum* nuncupavit iſtius ætatis corrupta Latinitas, *à fide*, ad quam imprimis obligatur, qui beneficio fruitur.

Ex *Rep.* ad *Eccleſiam* tranſiit hæc conſvetudo, poſtquam liberalitate partim fidelium, partim ſuperſtitioſa religione, aut acquiſitione etiam ſuâ auctæ illius opes, eò magnitudinis excreverunt, ut de his adminiſtrandis non minùs, quàm tuenda fide ſolliciti eſſent. In nonnullis tamen mutatâ communi feudorum lege, propter favorem Eccleſiæ, quo gaudet. Magis incerto etiam Jure, qvum de eo inter Seculares Principes & Eccleſiaſticos nunquam ſatis convenerit: & pro utriusq; aut diligentia aut ignavia, ſive intenſo, ſive remiſſo. Quæ res ſicut inſignem difficultatem trahit ſecum, nec facilis cognitu eſt; ita facturus planè operæ pretium mihi viſus ſum, ſi eam potisſimùm ventilandam in præſentiarum mihi ſumerem: certus, in magnis &

Duaren. de min. & ben. Eccl. l.2. c.3. p.1169.

 volen-

volentem ſuo honore non carere; tentaſſe minima, aut executum fuiſſe etiam ſatis feliciter, vix aliquid egregiæ laudis autori relinquere.

Caput I.

QUID SIT BENEFICIUM ET FEUDUM ECCLESIASTICUM.

1. Dicturis igitur de *Feudis Eccleſiaſticis*, ut primùm omnium de *definitione* eorum conſtet, oportet. Hæc qvum nullibi deſcripta in Jure Feudali reperiatur, non parum laboris reliquit Interpretibus, qui variè diſſentiendo, diverſa diverſi tradiderunt. Quæ nunc referre ſingula, foret ſuperfluum.

1.F.8.n.19.p. 274. Syn.J.F.c.3. n.76 p.84. 2.F 35.pr. 2.F.40. Novel.17. & 120. Schrad. Tr. feud.p 3.c.2. n.47.p.49. R.c.2.concl 5.n.2.p.29. S.p.2.c.3.n. 17.p.24. Beſold. th. Pr.p.336.n. 27. Schulz. d. l. p.85. Vultej. d. l.

2. Nobis ea amplectenda opinio videtur potiſſimùm, quâ cum *Vultejo* & *Schultzio* ſtatuitur: *Feudum Eccleſiaſticum eſſe quendam uſumfructum, ſub conditione fidei & ſervitiorum in re Eccleſiæ immobili, aut æquipollenti tamen, conſiſtentium*: Non reſpicientibus nempe aut ad conferentem illud beneficium, aut ad eum, qui accipit. Quod ea & cum Conſvetudinum Feudalium Capitulis planè convenit, & ad Civiles quoque de Emphyteuſi Conſtitutiones, cujus ll. ſæpiſſimè applicari Feudis poſſe, Ff. communiter tradunt, proximè accedit.

3. *Impropriè* tamen, & magis lata ſignificatione, *Eccleſiaſtica* etiam appellantur *Feuda*, quæ Eccleſiæ vel Perſonæ etiam Eccleſiaſticæ à ſecularibus; aut his ab Eccleſia & Eccleſiaſticis conceduntur: in *re* etiam *ſeculari*. Quod *Roſenthalio*, *Schradero*, & *aliis* placuit. Etiamſi ſuo, non Eccleſiæ nomine concedat. quod *Zaſio* videtur. Verum hæc rectius ſecularia quis dixerit, qvum magis ab ipſa natura prædii ſeu rei de-

luti

lius in qua feudum conſtituitur, ſumenda denominatio, quam à perſona, quæ aut concedit aut recipit. *M. A. de Dom l. 9. de repub. Eccl. c. 8. n. 1. p. 84.*

4. In ſpecie *beneficium eſt uſusfructus rei Eccleſiasticæ, Sacerdoti vel Clerico ob ſacrum miniſterium in perpetuum conceſſus.* Non obſtante, quod *Bocerus* non rem utendam, ſed munus, ſeu dignitatem clerici ex *Corradi capitulis* intelligat, adeoque planè à *Re Beneficium* ſeparet; Qvum ſatis manifeſtum ſit, omnes ferè Juris Feudalis ſcriptores *Feudi* & *Beneficii* vocabulis promiſcuè uti; pro *miniſterio* ſolo autem vix ullibi reperias poſitum *beneficii* nomen. Iſtud etiam *Corradi capitulum* Eccleſiaſticum beneficium & honorem ideo conjungit, quia cum ipſo honore aut miniſterio beneficia ſolent conferri, eaque nunc ita conjuncta ſunt, ut non modo divelli nullo modo poſſint, ſed primum locum beneficium obtineat, de officio beneficiariis quandoq; parùm ſollicitis. *Duaren. de min. & ben. Eccl. l. 2. c. 4. p. 1169. Boc. de qual. & diff. feud. c. 2. n. 3. p. 126. 2. F. 40. §. 1. Duar. d. l. c. 3. M. A. de Dom d. l. c. 3. p. 21. n. 8. ſeq. Carolus à Mansfeld. in Cœnob. cler. l. 2. c. 7. p. 112. & c. 18. p. 173.*

CAP. II.

QVOTUPLICIA ILLA SINT.

1. Et fecit hæc tàm arcta *officii* cum *Beneficio* conjunctio, ut ab iſto & nomen ſibi & dignitatem illud ſumeret. Nec diviſionem nunc aliam admittat facilè, quàm eam, quæ & *officiis* conveniat. Adeoque *prima* eorum ſpecies eſt, *quæ dignitatem ſeu Jurisdictionem ſibi habet conjunctam; quæ animorum curam ſine dignitate ſuſtinet, altera; Tertia ſimplex & nuda* dicitur, quòd neutro occupata principaliter per vicarios perpetuos ſuum munus exſequatur.

2. *Primæ ſortis Beneficia Prælaturæ* nomine veniunt, & in *Majora* ac *Minora*, majoris minorisve dignitatis reſpectu, diſtingvuntur.

3. Inter *Majora* primum ſibi locum *Pontificatus Summus* vendicat; Neque Gentilibus incognitus olim, & etiam apud illos *Roſenth. c. 8. concl. 17. n. 1. p. 243.*

414

Tholoſ. Synt. l.15.c.3.p.144 Duar. de ben.l.1.c.10. p. 1157. C.1. verſ. Pōtifex.diſt.21. cap. 4. M. A. de Dom. l.4. de R.E.c 9 n.20 p.453.ſeq. Guicciard. l. 4. hiſt.p.m. 134. Machiavel. de rep. L.1.c. 12.p.71.ſeq. Beſold.ib.pr. p.95.n.13. Baron.Martyrolog.10. Jan.C p.31. Tholoſ.d.l.c. 4 p.148.ſeq. Duaren.d. l. 1 c.13.p.1160. Limn. ad capitul. Car.V. p.89. & 372. ſeqq.

[illegible] ſummæ autoritatis, ut *P*[illegible] rerum [illegible] rumque arbiter Ponti[illegible] M[illegible] diceretur[illegible] & ab [illegible] ſibi proprium honorem Roma[illegible] Imp. haberent, [illegible] ad Chriſtianam fidem converſi, Epiſcopo [illegible] rent. Qui mox conceſſa poſſ[illegible] ex[illegible] il-lud tandem faſtigium ſe [illegible] exeruit, ut [illegible] gibusque inciperet eſſe formidabiles, [illegible] *infra* dicetur. Certe id impetrarunt, [illegible] Romanum Numen adorent, ut non modo [illegible] Eccleſiæ [illegible] poſſit, ſed [illegible] quibus *Patrimonium Petri* ita vocant quicquid [illegible] parte Peſcia Torrente & Quirici caſtello [illegible] ab altera mari infero & Tyberi amne clau[illegible] Roma Romano Imperio, & diviſâ in partes Ital[illegible] egregiè, facilè cum potentiſſimis Principum certent. *Papa*[illegible] ci voluerunt, à Græco πάππας, quod *Patrem* ſignifica[illegible] muni primùm omnibus Epiſcopis nomine, ſed quod mox [illegible] gorio VII. jubente ſoli huic faſtigio cederet.

4. Cui ne deeſſent, qui & conſilio & autoritate [illegible] adhærent incrementi, coactum eſt *Cardinalium* [illegible] *rium*, Triplici nomine, pro beneficiorum diverſitate [illegible] *coni*; medii *Presbyteri*; præſtantiſſimi eorum *Epiſcopi Cardina-les* dicerentur. Omnium horum Sen[illegible] *Decanus*, ille [illegible] *norum*; *Presbyterorum* iſte; hic *Collegii* audit[illegible] ande autoritati verè prolatum nob[illegible] commenti[illegible] *Apoſtolorum*, *Petri* vero locum *Pont*[illegible] ſe [illegible] prætenſum ſucceſſionis legitimæ ju[illegible], & ab ipſo *Christo* [illegible] iſtitutio. ut [illegible] perent m[illegible], [illegible] ruina imminear propè, ſi [illegible] hanc pe[illegible] ex [illegible] ſit [illegible] eorum cum [illegible] tidie, ultrò fatente *Bellarmino*. [illegible]

ita aucta eſt, ut non malè queratur *Spalatenſis Archiepiſcopus:* L.1. de Cleri.
Principatum temporalem Papæ allicere Regum etiam & magno- c.16.p.314. B.
rum Principum filios, ut fiant Cardinales, hoc eſt, unius magni M. A. de
Principis temporalis fermè ſocii, & ejusdem principatus candida- Dom.d.l.4.c.
ti. Qvum ex iis ſumendi Pontifices potisſimum ſint; ab iis ſo- 5.n.41.p.395.
lis hodiè eligantur: nec conſilia modô de rebus Eccleſiæ, ſed Tholoſ.d.l.p.
Politicæ quoque adminiſtrationis partem cum iis communem 150.n.16.
habeant. M. Steph. l.3.p.1.c.5.n. 13.p.79.

5. Proxima huic *Patriarcharum* dignitas eſt, maximæ au- Idem cap.
toritatis, unde Pontifex eam quoque ſibi arrogavit; ita tamen 6.n.5.p.80.
ut in cæteros retineret Imperium: & quorum ſe Jurisdictio in Tholoſan.d.l.
Primates etiam & *Archiepiſcopos* extendit. Quanquam ho- c.5.p.150.
rum nomine aliquando, ſed impropriè, veniant. Sunt autem
præter *Romanum Pontificem*, quatuor generales; *Conſtantino-
politanus*, quem, à Saracenis occupato Byzantio, ab eorum Sul-
tano confirmari ex Cruſio *Stephanus* refert. Non ordine mo- d.l.n.9.p.81.
do reliquis prior, & Oecumenicus inter illos, ſed quoq; majori
Jurisdictione, quâ *minoris Aſiæ, Ægei maris inſulas, & totius
Græciæ usq; ad Dalmatas, utriusq; Mœſiæ etiam, Walachiæ,
Moldaviæ, Rußiæ & Muscoviæ* Eccleſias complectitur. Hunc
ſeqvuntur *Alexandrinus*, qui *Ægypto; Antiochenus*, qui *Syriæ;
& Hieroſolymitanus*, qui *Paleſtinæ* & ab Alexandrino & Antio-
cheno vicinis concesſis *Epiſcopatibus* præeſt. Multum ta- Tholoſ.d.l.c. 6.7.8.9.p.151. ſeq.
men priſtini ſplendoris & opum amiſere, poſtquam miſſo in
ſervitutem Barbarorum *Oriente*, Chriſtiana fides non ludi-
brio modo, ſed & odio eſſe cœpit; relictis paucis, qui mille ca-
ſus experiendo, gravisſimis tributis redimendam veritatem
profiterentur.

6. His alios quatuor adjecit Patriarchas *Duarenus: Aquile-* d.l.c.9.p.1157
jenſem, Cantuarienſem; Biturigenſem, & Gradenſem, ſed eos
mino-

minorum gentium, prout ipſe appellat: & quos melius ad *Primates* cum *Tholoſano* referas, quibus *Lugdunenſem*, *Toletanum*, & *Piſanatem* idem addit. *Magdeburgenſem* quoque eodem titulo gaudere conſtat. Eſt autem diverſa eorum dignitas à *Patriarchis*, & autoritate ac JCtione minor, quanquam ſæpè confundantur nomina, quod proximè ſe invicem contingant, imo officii ratione planè iidem *Anacleto* cenſeantur.

d.l.c.10.p.152. M.Steph.d.l. c.7.n.8.p.84. & c.8.n.1.p. 93. pr.& c.1.diſt. 99.

7. Sequuntur *Archiepiſcopi*, quibus in reliquos *Epiſcopos* omnes JCtio. Omnis autem Germania in *ſeptem Archiepiſcopatus* diviſa eſt, *Moguntinenſem*, cui *duodecim* ſuffraganeos, *Argentinenſem*, *Spirenſem*, *Wormatienſem*, *Herbipolenſem*, *Auguſtanum*, *Conſtantienſem*, *Curienſem*, *Eichſtedienſem*, *Halberſtadenſem*, *Hildesheimenſem*, *Padebornenſem*, & *Verdenſem M. Stephani* tribuit. *Trevirenſem*, cui *tres*, *Metenſis*, *Dolanus*, & *Virdunenſis* ſubſunt. *Colonienſem*, ad quem *Monaſterienſis*, *Oſnabrugenſis*, *Mindenſis*, *Trajectenſis*, *Leodienſis* pertinent. *Magdeburgenſem*; qui *Primatum totius Germaniæ* ſibi conjunctum habet: *Miſnenſi*, *Merſeburgenſi*, *Naumburgenſi*, *Brandeburgenſi*, & *Havelbergenſi* ſuffraganeis utitur. *Saltzburgenſem*, cui *Patavinus*, *Friſingenſis*, *Tridentinus*, *Brixienſis*, *Chiemenſis*, & *Secovienſis*, *Lovantinus*, & *Viennenſis* parent. *Bremenſem*, qui nunc in *Ducatum ſecularem*; cum *Verdenſi Epiſcopatu* mutatus eſt, communi Statuum Imperii conſenſu, & Regno Suecico, tanquam Imperii feudum, conceſſus. Quæ transformatio *Magdeburgenſem* quoque poſt fata Illuſtriſſimi Præſulis manet. Et tandem *Rigenſem*, qui Anno Chriſti 1561. cum Wilhelmo Brandeburgico Archiepiſcopo deſiit. Ex quibus tribus prioribus *Electoralis dignitas*, & *Archicancellariatus per Germaniam*, *Galliam*, & *Italiam*, munus ab Imperatore conceſſum, cui eidem *Nepotum* nomine veniunt.

M. Step. d. l. n.20.p.87. Beſold. theſ. pr.p.273. n. 60.

d.l.

Inſtrum.pac. Osnabr.c.10. p.75.ſeq.§. Tertiò. Ibid.c.11.p.83 §.ſimiliter.

8. Ar-

8. *Archiepiſcopis* minores ſunt *Metropolitani*, quod illis pareant. A *metropoli* ita dicti, ſ. tali urbe, quæ circumjacentium quaſi mater ſit. Jurisdictionem ſuam exercent, in ſubjectos *Epiſcopos*; in eadem tamen provincia: extra eam nihil poteſtatis ipſis relinquitur. In una vero duos conſtitui, *canone* prohibetur.

Nov. 123. c. 10. pr. M.Steph.d.l. n.9 p.84. c.cleros. diſt. 21.

9. Ipſi *Epiſcopi* παρὰ τὸ ἐπισκοπεῖν ſic appellati, quia inſpicere & explorare ſubditorum vitam debent, unde *Auguſtino Superintendentes* Latinè nuncupati: *ut intelligant, non eſſe Epiſcopum, qui præeſſe dilexerit, non prodeſſe*. Et eſt hoc nomen commune omnibus ſupra poſitis, ſi latiùs interpreteris, exceptis *Cardinalibus*, quorum *Epiſcopi* certam ſpeciem conſtituunt. Antiquisſimorum *canonum* præceptis ab omni ſeculari cura prohibebantur, dum ſua adhuc pietate & continentia ſtaret Eccleſiaſtica res: nunc opibus & principali dignitate aucti, utraque JCtione, *Seculari* & *Eccleſiaſtica* liberè utuntur. Diſtinctis eorum Juribus, in ea, quæ Lege *Ordinis*, Lege *Diœceſana*, & Lege *Jurisdictionis* iis competunt. *Primum* ordinatione clericorum, benedictione & conſecratione occupatur. *Alterum* verſatur circa exactionem procurationis Eccleſiaſticæ ſ. ſumtuum viſitationum, Cathedratici ſ. Synodatici peragendis Synodis, ſubſidii charitativi ſ. Chariſterii; quartæ etiam mortuariorum, cenſus & decimarum, tàm ratione perſonarum, quàm rerum. Quæ omnia *M. Stephani* latiùs exſequitur. *Tertium* controverſiarum cognitionem, pœnasque delictorum complectitur, & tàm in civilibus, quàm ſpiritualibus ad clericos, in ſpiritualibus tantùm ad Laicos in ſua diœceſi ſe extendit.

Pac. Iſag.C. de Epiſc.n.3. p.375. c.1. diſt.101. c cleros. diſt. 21.verſ.Epiſc. c.qui Epiſcopatum.8.q.1. v. Grot. de Imp. Summ. pot. circ ſac. c.11.p.311. ſeqq. c.3. & 6. diſt. 88. c.16.& 18.X. de off.jud. ordin. Reuſn. ad c. 4. X. de cauſ. poſſ. & propri reg. 4. Beſold. theſ. pr.p.124. S.d.l.c.14.n. 95.p.136. ſeqq.

10. Quod in ſuo Epiſcopatu *Epiſcopus*, hoc in cœnobio *Abbas* eſt, cujus tamen Jurisdictioni ſubjicitur, niſi ſpeciali le-

Tholoſ.d.l. c. 13.p.159.

416

l. reſidentes. C. de S. Trin. §. 2. Novel. 123. c. 34. pr.

gè exemtus. *Archimandrita Juſtiniano* dicitur, antiquo more, & qui à primis Monachis originem traxit; qui *ſolitas* habitare ſoli malebant, quàm publicè vivendo, publicis quoque peccatis implicari. Communis autem honor *maribus fœminisq́;* eſt, pro ratione cœnobii, cui præficiuntur, aut *monachorum*, aut *monialium*. Et ſunt inter eos, *qui Principali Dignitate gaudent*, Gefürſtete Aebte und Aebtiſſinnen Germanis dicti, quos *Beſoldus* recenſet: *Abbates* quidem, *Fuldenſem*, *Hirsfeldenſem*, *Marbacenſem*, *Prumenſem*, *Campidonenſem*, *Stabulenſem*, *Corvejenſem*, *S. Emerani Ratisbonæ*, *S. Galli in Helvetia* & olim *Augienſem*, quod Monaſterium Conſtantienſi Epiſcopo hodiè incorporatum tradit. *Abbatiſſas* verò, *Quedlinburgenſem*, *Gernrodenſem*, *Buchovienſem*, *Andlovienſem*; Quibus *Eſenſem*, *Herrvordenſem*, *Superioris & Inferioris Monaſterii Ratisbonæ*, *Kauffingenſem*, *Lindavienſem*, *Gandersheimenſem*, & quaſdam alias *Speidelius* annumerat.

Theſ. pr. p. 6. n. 11.

ibid.

Tholoſ. d. l. c. 18. p. 167. Duaren. d. l. c. 22. p. 1165.

11. Quibus monaſteriis aut conventibus non *Abbas* præeſt, à Priore reguntur, qui *conventualis* dicitur. Liberæ poteſtatis, & ſoli Epiſcopo parens. *Clauſtralis* hoc minor eſt, quod *Abbati* ſubjicitur, à quo eligitur, ut vicariam operam vigilantiamque in his, quæ ad ſodalitatis gubernationem ſpectant, præſtet.

Tholoſ. d. l. n. 6. Beſold. d. l. p. 738. n. 49.

12. *Priori conventuali* ſucceſſit *Præpoſitus*, in quibusdam Eccleſiis, ubi in *Canonicos Regulares* tranſiere. Eſtq; illi in Canonicos & Clericos ſui collegii ordinaria Juriſdictio, quâ delinquentes atq; rebelles compeſcat.

Tholoſ. d. l. c. 20. p. 168.

13. *Minora Beneficia* diximus, quòd in eadem Eccleſia ſuperiorem habeant, quibus hæc conceſſa ſunt. Et pertinet huc: *Archidiaconus*, qui *Epiſcopo* proximus & ejus veluti oculus appellatur; quòd loco Epiſcopi per Epiſcopatum pro-

po-

Digitized by Google

ſpiciens, quæ videnda viderit corrigat, & emendet, niſi adeò fuerint ardua negotia ut absque Majoris ſui præſentia nequeant terminari: Imperat *Diaconis & Levitis:* ad ipſum Parœciarum quoque ſollicitudo & ordinatio pertinet; & ſingulorum jurgia audire debet, Decernente *Innocentio* Ut omnem planè curam in clero, tanquam vicarius Epiſcopi complectatur. *c.1. & 7. & 1. t. X. de off. archid.*

14. *Archibresbyter* ſubeſt *Archidiacono*, non ſine *dignitate*, ſed quæ, cum ſequentibus, *animorum curam* quoq; conjunctam ſibi habeat. Duplici qualitate, dum alii *Urbani*, *Civitatenſes*, ſeu *Urbici*; *rurales* alii dicuntur. *Illi* urbi & ejus presbyteris præſunt: & abſente Epiſcopo, quæ ad rem divinam ſpectant, loco ipſius adminiſtrant; aut ſublevant curam præſentis. *Hi* minorum titulorum presbyteris extra urbem præficiuntur; ut ſimul imperiti vulgi gerant ſollicitudinem: cuncta verò ad *Epiſcopum* referant; nec quicquam audeant ordinare, quod hujus decreto contrarium ſit. *Pacius Iſag. X. eod. c.1. X. de off. archipresb. Tholoſ. d. l. c. 21. p. 169. n. 14. ſeq. c.3 X. d. t. c.4. X. d. t.*

15. *Illis* ſucceſſiſſe *Decanum Tholoſanus* autor eſt, qui in Eccleſia *Presbyterorum* primus, & inter *Canonicos* honorabilior collegii nuncupatur. Non æquali Jurisdictione, pro diverſa conſvetudine Eccleſiarum & Capitulorum, quibus præeſt. Unde aliquando hanc ei ordinariam, aliquando ſolam coërcitionem in Canonicos, cum Capitulo cumulativè conjunctam, competere videas. *d. l. c. poſt elect. 7. X. de conceſſ. præb. Speid. ad Beſ. d. l. p. 211. n 8.*

16. Ultimò loco ſequitur *Primicerius*, ad cujus curam pertinere ex *Romani Ordinis libro* in *Decretalibus* ſuis *Gregorius* docet: *ut præſit in docendo Diaconis, vel reliquis gradibus Eccleſiaſticis in ordine poſitis, ut ipſe disciplinæ & cuſtodiæ inſiſtat, ſicut pro animabus eorum coram Deo rationem eſt redditurus. Et ut ipſe Diaconis donet lectiones, quæ ad nocturna officia Clericorum* *c. unic. X. de off. primicer.*

417

pertinent, & de ſingulis ſtudium habeat, adeo quamvis ut cap. conſenſum habuerit, abſq; illa vacet negligentia, aut à quo ipſe juſſerit inſtruantur.

Tholoſ. l. 17. c. 5. n. 2. p. 212. Id. l. 15. c. 24. n. 1. p. 172. Duaren. d. l. 2. c. 7. p. 1171. v. Grot. de Imp. Summ. Pot. circ. ſac. c. 9. p. 197. ſeqq. d. l. n. 13. pag. 173. Tholoſ. l. 16. c. 8. n. 13 p. 204. Gold. Mon. R. Vol. III. p. 19.

17. Sola *animorum curâ ſine dignitate occupantur Sacerdotes* & *Presbyteri*, quibus *Parœcia* regenda committitur. A *Curiis* ſeu regionibus urbis, quibus præficiuntur, *Curiones* etiam & *Parœchi* ſeu *Parochi* dicti. *Rectores* item ab officio, quod Juriſdictionem quandam ſpiritualem ac regimen exercent in *parochianos* ſuos ſ. *Curiales*. Quæ vulgò *pœnitentialis fori poteſtas* appellatur: & prædicatione verbi divini, diſtributione Sacramentorum, & confeſſorum delictorum aut venia, aut retentione abſolvitur. In quibuſdam locis *plebanorum* quoque nomen iis cura *plebis* conciliat: quod tamen alibi aliud beneficii genus *Tholoſanus* agnoſcit. *Sacerdotis* etiam & *Presbyteratus* nomine alias generaliùs, pro *primo clericorum ordine* utimur, ut omnes eos, *qui Sacramenta conficiunt*, ipſumque adeò *Pontificem*, & *Epiſcopos* complectatur.

Duar. l. 3. c. 5. p. 1173. Rota. deciſ. 273. n. 1. p. 331.

18. Quibus per ætatem, aut valetudinem, aliudve legitimum impedimentum ſuo ſatisfacere officio non ipſis licet, *Coadjutores* & *Vicarii* ſubſtituuntur. Communi eorum lege, qui aliorum vices gerunt. Dicuntur autem hi *vicarii* vel *temporales*, & exercent officium ſui principalis abſentis potiſſimum: concedente Epiſcopo per *literas de regendo*, quas vocant; repetendas toties, quoties denuo abſentis munere fungi velint. Vel *perpetui*, quorum unum cum [illegible] beneficium eſſe idem *Tholoſanus* arbitratur. Quodque ex eo tempore ortum ſumſit, quo poſſeſſores beneficiorum, aut dignitate majori, aut ſecularibus curis, ne in Eccleſia perpetuo morarentur, diviniſque vacarent rebus, impediri cœperunt. Con-

d. l. num. 18. p. 174.

ceſſa ab Epiſcopo ſemel autoritate liberè utuntur: tenenturque ad omnia, ad quæ ipſi *Rectores* obligantur. *Clement. un. de off. Vicar.*

19. Aliquando nimis patentibus Eccleſiæ parochialis terminis, & inde difficili rectoris ad ſubjectas itinere aut interclufo etiam ſæpius, aquis aut hieme, *Capellæ* exſtruuntur, intra ejusdem eccleſiæ fines, iisque aliquis *presbyterorum* præficitur, qui ibi res divinas adminiſtret, ac ſubjectorum ſibi hominum curam habeat. *Capella* verò, cui præeſt, *Capellani* nomen huic tribuit: à *caprarum pellibus* ſic dicta, quibus primitus integebantur. Hodiè tamen propriè *Capellani* dicuntur, qui Magnatibus & Principibus, in privatis eorum *capellis* à ſacris ſunt, *Spelmanno* docente. Et tales fermè *Pontifex* ſecum habet, qui in ſua *capella* in rebus divinis ſerviant non modò; ſed & audiendis cauſis & controverſiis à Regibus Principibusque Chriſtiani Orbis, etiam extra negotia fidei, ad ipſum delatis, adſint. Quod collegium hodiè ad 12. perſonas reſtrictum eſt: ejus caput, *Decanus:* reliqui aſſeſſores, *Generales Auditores Rotæ* ſeu *Sacri Palatii* nuncupantur. Quia eis generalis audientia appellationum totius Orbis à Papa commiſſa eſt; qui deciſionem tamen cauſæ ſibi reſervavit: unde, quicquid à partibus prolatum eſt, ad eum referunt, ſententiamq; ab eo mandatam promulgant. *Tholoſ. d. l. c. 29. p. 179.* *Gloſſar. in V. Capella. p. 139.* *Tholoſ. d. l. n. 13. ſeqq. p. 180* *Durandus in Spec. l. 2. p. 1. de citat. §. 6. pr. p. 93.*

20. *Simplicia* deniq;, & *Nuda Beneficia* dicuntur eorum, qui neque *titulum dignitatis* habent, nec *animarum curam* gerunt, ſolo *divino cultu*, & miniſteriis ad eum pertinentibus occupati. Suntque *primæ* inter ea *Canoniæ ſeu Canonicatuum præbendæ:* ſic dictæ, quod *Canonicis* in Cathedrali vel Collegiata Eccleſia pro exercitio officii ſui *præbeantur.* Ipſis *Canonicis à Regula*, ſecundum quam vivere debebant, nomen eſt, *Duaren. d. l. 2. c. 8. p. 1171.* *Paul. Angl. ap. Goldaſt. Mon. R. Vol. III. p. 1531. pr.*

 quip-

418

quippe quam Græcis κανὼν ſignificat. Duplex autem Canonicorum munus eſt: alterum in Eccleſia ſua laudibus divinis vacare; unde ceu reliqui *Clerici* in *Diaconos*, *Subdiaconos* &c. diſtingvuntur: *alterum* eandem regere atque præeſſe, unde ex iis *Senatus Eccleſiæ* conſtare dicitur; Ipſorum verò Collegium, *Capitulum* tanquam *capitum Eccleſiæ conventus* nuncupatur. Utrumq; præſentes ipſos exequi *regula* jubet: quum non indecens modo, ſed rationi quoque conſentaneum minus *Alexandro* viſum ſit, quenquam ab Eccleſia, cui non inſervit, beneficium capere. A qua tamen hodierna conſuetudo receſſit: poſtquam pleriſque in locis per vicarios expedire ſuum munus Canonici cœperunt. Prout *Illuſtris Carolus, Mansfeldi Comes*, in elegantiſſima ſua *Cœnobitica Clericorum*, quam *de Canonicorum origine & vita* edidit, autor eſt.

21. *Sequiora* ſunt, ex inſtituto majorum, reliqui ſex clericorum, poſt presbyteros, *ordines*. (In ſeptem enim ordines omnis clerus illis diviſus eſt) *Diaconorum*, (quod Latinis miniſtri eſt,) ad adminiſtrandum res Eccleſiæ, habendum curam pauperum, & miniſtrandum ſacerdotibus, primùm inſtitutorum; unde *Levitarum* quoque nomen, ab illis Veteris Teſtamenti acceperunt: quorum tamen officium mox ita auctum eſt, ut cuſtodia ſimul presbyteri ſeu Epiſcopi, & inſpectio etiam in vitam laicorum ipſis mandata ſit, ut ejus velut *oculus* ſint, ſique corrigendum quid viderint, ad ipſum deferant. *Subdiaconorum*, qui his ſubſtituti ſunt, quòd eorum numerus, qui *ſeptenario* definiebatur, miniſterio non ſufficeret. *Acolythorum*, ſeu *Ceroferariorum*, qui ferendis luminaribus, quæ in æterni luminis ſymbolum præferre conſueverunt, deſtinantur. *Exorciſtarum*, quos ejiciendis dœmonibus ex dœmoniacis, catechu-

menis

Goldaſt. tom. III. R. Alemannic. p. 125.

c. Eccleſiæ. 16. q. 1.

Gold. Tom I. Alemann. p. 200.

Car. à Mansfeld. l. 2. c. 7. p. 111. & c. 10. p. 123.

c. 6. X. de Cler. non reſid. in Eccl.

Weſenbecius Conſ. 80. n. 13. p. 328. & ibi allegg.

Covarruv. tom. 2. l. 3. c. 13 n. 10. p. 266.

c. 1. diſt. 77.

c. 5. diſt. 93.

Tholoſ. l. 16. c. 2. p. 199.

Duar. d. l. 1. c. 12. p. 1159.

Tholoſ. d. l. c. 7. p. 201.

c. 6. 11. 12. 13. 16. 23. & c. diſt. 93.

c. 1. diſt. 25.

menis, & infantibus baptizandis adhibebant, cum ſolenni for-
mula, qua *per eum qui venturus eſt judicare ſeculum per ignem*, eos adjurabant. *Lectorum* ad quos prædicatio voluntatis divinæ, & Sacri Codicis publica Lectio pertinet. *Oſtiariorum* denique, qui tenentes clavem templi, omnia intus extraque cuſtodiunt, atque inter bonos & malos habentes judicium, fideles recipiunt, & infideles excludunt, autore *Iſidoro*. His alii addunt *Pſalmiſtam*, qui canendo officium ſuum exequitur: & qui vocem in cantu præmittit, *Cantor*; qui reſpondet canendo, *Succentor* appellatur.

22. Sunt & in Eccleſia *Æditui*, à *tuendis ædibus* appellati: ſunt etiam, quibus pro pulſandis campanis, & aliis officiis ſua merces conſtat. Verùm qvum nimis tenue ſit, quod merentur, ſtipendium, & vix quotidianum victum ſuperet, parum mereri *beneficii* nomen non paucis videtur.

23. Hoc verò monendum imprimis eſt, non ordinem modo, ſed & dignitatem ipſam horum *beneficiorum* diverſam in diverſis Eccleſiis obſervari: ut ipſum quoque munus, alibi aliud, ejuſdem nominis tamen reperias. In noſtra Eccleſia potiſſimum, ubi conceſſa nobis divino beneficio veritate cœleſti, cum ipſa religione multa ſuperſtitioſè aut vanè etiam à Pontificibus inſtituta, abrogata partim, partim mutata in melius: Ipſa quoque ſublata *Epiſcopalia Jura & leges Ordinis ac Diœceſana* per *Superintendentes, Juriſdictionis* per *Conſiſtoria* exercendæ ſunt: *Diaconi* quoque idem quod *Paſtoris* circa ſacra officium, & communis animarum cura eſt, ordine tamen minor, qvum huic pareat. In genere autem ex cujusq; Eccleſiæ conſuetudine de horum omnium *beneficiorum* & ordine & autoritate judicandum eſt. Nobis id tradidiſſe ſufficiat, quod & frequen-

Duar. d.l. c.1. verſ. Acolythi. diſt. 21. Tholoſ. d.l. c. 5. p. 200.

d. c.1 verſ. Lector. diſt. 21.

d.c.1. verſ. Oſtiarii.

c. 20. diſt. 23.

J. Pac. Iſag. C. de Epiſcop. n. 14. p. 374.

Gell. N. A. l. 12. c. 10. p. 440

Duaren. d. l. 2. c. 8. p. 1171.

quentius eſt, & cum ipſorum Canonum inſtituto magis conve-
nit.

24. Ne verò iſti *Ordines*, ſuis deſtituti præſidiis cæterorum injuriis exponerentur, inſtituti *ſacrorum Militum ordines*, & non confirmati tantùm à Pontificibus Summis, ſed & ampliſſimis *beneficiis* aucti ſunt. Inter quos *Melitenſes* & *Teutonici* facilè primi ſunt. Qui inſigni planè & non vulgari fortitudine nunquam non uſi, huc usq; Eccleſiam à Mahumetanorum [illegible] egregiè tuentur & vindicant. *Illorum* Ordo *Johanni Baptiſtæ* ſacer eſt, unde & *Johannitarum nomen* ſumſerunt; alteri, ab inſula, quam anno 1529. à Carolo V. Imp. donatam poſſident, [illegible] profectò: *Horum* ſocietas *Mariæ Virgini* dedicata eſt, & *Teutonicorum* nomen inde accepit, quod præterquam *Nobiles Germanos* in eam aſciſci, ipſorum regula prohibeat. De quorum *beneficiis* in Italiâ, exſtat inter centum illa Statuum Secularium Imperii gravamina, quæ anno 1522. contra Adrianum P. exhibuerunt, locus, cujus partem noſtram nunc facere placuit, quòd ad inſtitutum noſtrum facere non parum videbatur. Eſt autem talis: *Item licet Dominis Ordinis D. Mariæ Virginis (quos vulgò Fratrum Teutonicorum vocant) ex liberalitate Romanorum Impp. celeberrimæ memoriæ, item & Principum, Comitum, & Baronum, in eos collatis, cæterorumq; Nobilium contributione [illegible], certa bona temporalia ac reditus & cenſus annui per Apuliam, Siciliam, reliquamq; Italiam, empti ſint, atq; adaucti, non ob aliud, quàm ut contra hoſtes Chriſtianæ religionis ad pugnam inſtructiores forent, haberentque Germanici Nobiles patriæ, & fidei Catholicæ propugnatores, unde commodius & honeſtius [illegible] ſemper pacatam vivere poſſent, ex ex honorum aſſe, præfecturas ejus ordinis aliquos (quas vulgò* Balivias, *ac à* commendas *ordi-*

[illegible]

Megiſer. de-lic. ord.eq.p. 2. c. 2, 3, 4, 5. Tholoſ. ſynt. l.15.c.33.p. 183.ſeqq. Megiſ. d. l.p. 395.

Gravamine XXXVII.ap. Goldaſt. C.I. tom.1.p.466. Hortleder. l. 1. c. 1. de bell. germ. n.29. p.16. & Conring. Via R.Wicel. p.379.

parando commeaturas *vocant) diſtincta ſunt, & determinata per claſſes, quas quiete, ſine turbatione, per multa ſæcula poſſederunt, uſurparuntq́, &c.* Verum hæc in Italia occupata ab Epiſcopis & Prælatis Pontificum, adeoque ſpoliorum iis Ordinem mox queruntur. Sunt tamen etiam in ipſa Germania adhuc talia *Beneficia*, quibus hactenus libere iſtorum Ordinum Equites fruuntur.

24. Nata & alia *Beneficiorum* ſpecies ex lege eſt, qua, *ne quis in duabus Eccleſiis conſcriberetur clericus*, ſanctè prohibebatur. Unde factum primo ut vacantis Eccleſiæ vicino alicui commendaretur cura, ad tempus tamen, donec de idoneo ſucceſſore decedentis miniſtri conveniret. Et hoc adminiſtrationis genus dicebatur *Commenda*, propria Jureconſultis ſignificatione, quibus *commendare nihil aliud eſt, quàm deponere.* Unde apud *Beſoldum Seqveſtro Commenda* æquiparatur, & fiducia *Duareno* dicitur. Verùm poſterioribus ſeculis, irrepente paulatim in Eccleſiam multiplicitate beneficiorum, cæperunt iis, quibus per Canones præfici non licebat, Epiſcopatus, Abbatiæ, aliaque beneficia concedi in *Commendam perpetuam*, mutata planè antiquarum lege, & omni iiſdem conceſſa poteſtate, qua gaudent, qui ſecundum Canonum præcepta Eccleſiis præſunt.

l. 186. de V. S. Theſ. pr. p. 19. 172. n. 48. D. demin. & ben. Eccl. l. 5. c. 7. p. 1188.

Cap. III.

IN QUIBUS REBUS CONSTITUANTUR.

M. Ant. de Dom. l. 9. de rep. Eccl. c. 3. p. 19. Sarmient. de redit. Eccl. p. 1. c. 1. p. 1 ſeqq.

1. Circa primam naſcentis Eccleſiæ ætatem ignorabant prorſus hæc *Beneficia* fideles, & procul à mundanis curis remoti eorum *Clerici* ſolo divino cultu occupabantur. Adeo, ut

420

ſi quid illis ſupereſſet proprii, ultrò conferrent in publicum, & pretium venditi alendæ ſocietati impenderent. Liberrimâ liberalitate, quam nec provocaret alius; & egenorum potius neceſſitati, quàm ſuis facultatibus ipſi concederent: Laudabili etiam continentia *clericorum*, quod præter neceſſaria expeterent nihil.

Duaren. de min. & ben. Eccl. l. 2. c. 1. p. 1167.

2. Et hæc quidem fieri initio faciliùs poterant, dum primus religionis fervor, & ipſorum fidelium anguſtior numerus faciebant, ut ſincero invicem amore, ac benivolentia mutua ſe complecterentur. Mox creſcente eo, ad proprietatem bonorum redierunt *Laici*: ita tamen, ut profuſiſſimis largitionibus ab omni paupertate *clerum* ſuum ſatis defenderent.

M. Ant. de Dom. d. l.

3. In hanc verò, cum ipſa copia, quæ ex ejuſmodi largitionibus illis affluebat, intravit enormis habendi cupido, commune abundantiæ vitium: & ut erogando nimium de fortunis ſuis, ſpe meriti, ipſi redderentur pauperes, ſimplici illorum hominum pietati, variis artibus perſuaſum eſt. Hinc et Canonicæ Profeſſionis Inſtitutionibus *Jacobus Seleſtadienſis* docet: *Res Eccleſiæ eſſe vota fidelium, patrimonia pauperum, & peccatorum pretia.* Eò proceſſerat enim ſuperſtitionis ingenium, ut venalem apud juſtiſſimum Numen delictorum veniam, & conciliandam meritis ac auro eſſe, impune perſuaderent. Non eſt, quod mireris, talia profeſſos eſſe Eccleſiaſticos, & qui veram præ ſe pietatem ac paupertatis ferrent ſtudium, [illegible]tes, ipſius *ROMÆ* nomen, quam ſibi caput & ſummam Præſulis Sedem ſumſerant, in illius *Paulini* initialibus literis, *Radix Omnium Malorum Avaritia* non magis argutè, quàm verè, jamdudum nonnullos deprehendiſſe.

ap. Goldaſt. Conſt. Imp. tom. 2. p. 123.

1. Timoth. 6, 10.

4. De-

4. Deſtinabantur autem hiſce ſumtibus *mobilia* tantùm, ne *immobilium* cura à rebus divinis ipſos abſtineret; aut vendebantur hæc tamen, ſi cujus liberalitate ad Eccleſiam perveniſſent. Poſtquam verò quod optaverit quis bonorum decedens Eccleſiæ relinquere Conſtantinus *lege* conceſſerat, villas quoque & prædia, ſi quæ offerrentur, non modo retinebant Eccleſiaſtici, ſed & in diverſis conciliis condebant legem, *ut nulla dedicari Eccleſia poſſet, cui non ſatis terrarum ſeu prædiorum ſimul fundator largiretur.* Idque *Eccleſiarum dotationes & fundationes beneficiorum* nuncupârunt. Quibus rebus tantum divitiarum ac opum congeſſerunt, ut jam in ſexto Novi Fœderis Seculo *Chilpericus Rex* queri neceſſum habuerit: *pauperem remanſiſſe fiſcum ſuum, & ad Eccleſias ſuas divitias eſſe translatas, ut perdito planè Regum honore Epiſcopi imperent.*

L.1.C. de SS. Eccl.
M. Ant. de Dom. d. l. n. 5. p. 20.
c. 9. diſt. 1. de conſecr.
Goldaſt. C. J. tom. 1. p. 12.

5. Porro *Rerum Eccleſiaſticarum alienationem* ſimul *canones legesq;* prohibent. *Ut nec licere Pontifici prædium Eccleſiæ alienare aliquo modo, pro aliqua neceſſitate, nec in uſumfr. rura dare, Symmachus Papa* reſcripſerit. Unde & *manus mortuæ* nomen *(mainmorte)* apud *Gallos* acceperunt. Adminiſtrabat igitur hæc bona per ſuos *Diaconos* primùm, poſtea per *Oeconomos & defenſores,* Eccleſia, & inde provenientes reditus, prout conſtitutum, erogabat. Diſtingvendo eos *in quatuor partes*, ut ex *Reſponſo Proteſtantium de reformandis abuſibus Eccleſiaſticis*, anno 1541. *Carolo Imperatori* exhibito, patet. Harum *primam Epiſcopo* dabant, quo neceſſaria muneris ſui ſuſtineret faciliùs, pauperibus & peregrinis benefaceret, & ad ſacrum miniſterium non indignum aliquem educaret. *Alteram* largiebantur *clericis cæteris*, ut ſuo quisque miniſterio, aut certè inſtitutioni ſacræ, (qua ad miniſteria præparabatur, vacare poſſet. *Tertiam*

c. 18, 19, 20, 23, 35, cauſ. 12. q. 2.
c. 3. de rebus Eccl. non alien.
l. 14. C. de SS. Eccl.
non liceat. (20.) 12. q. 2.
apud Gold. C. J. t. 2. p. 214. Tit. de bon. Eccl. &c.

421

pro conſervatione *templorum*, eorumque inſtrumentis erogabant. *Quæ* denique cedebat neceſſitatibus *peregrinorum* ac *pauperum*. Quorum tanta cura in Eccleſia antiqua habita ſemper fuit, ut bonorum Eccleſiaſticorum Dominium planè ad Pauperes retulerint quidam; Pauperes ipſos, teſte *Wiſſenbecio*, *Theſaurum Chriſti* dixerint. Inde tot erudiendis ad ſacra munera *clericis*, *canonica cœnobia*; pro *pupillis ac pauperum liberis Orphanotrophia & Brephotrophia*, *Gerontocomia* etiam, in quibus ſubveniretur *ſenibus*; *Noſocomia*, reficiendis *ægrotis*; *Ptochodochea*, alendis *pauperibus*; & *peregrinis* recipiendis extructa *Xenodochea* ſunt. Prout in allegato *Reſponſo* docetur. Inde *pro redimendis captivis* etiam facti ſumtus: & nihil eorum intermiſſum eſt, quæ ad *utilitatem Eccleſiæ & opera Charitatis*, quàm maximè pertinerent.

6. Tandem non contentis tanta opulentia *Clericis* niſi ſimul imperarent quoque, diviſæ Eccleſiarum opes, & earum poſſeſſio ac uſusfructus ſingulis cum officio in *BENEFICIUM* traditus eſt: mox Laicis etiam conceſſus, quanquam mutato aliquando nomine. Cœperuntque *IN REBUS ECCLESIÆ* etiam *FEUDA* conſtitui: illis tamen, quarum natura non eſſet *Feudo* contraria; Scilicet *Immobilibus*, & *quæ earum loco ſunt*.

7. *Immobiles* ſunt *res ſoli*, eæque vel *ſingulæ*, ut *manſi* ſeu metati agri, *fundi*, *horti*, *areæ*, *arva*, *terræ*; vel *univerſæ*, quales ſunt *Epiſcopatus*, *Abbatiæ*, *territoria*: item *res ſolo cohærentes*, ut *caſtra*, *molendina*, tam *ἀνεμόμυλα*, quàm *aquatica*, *Sylvæ*, *Stagna & Piſcinæ*, *fructus* etiam *pendentes*, qui pars fundi ſeu ſoli cenſentur, ſive *naturales* illi ſint, ſive *induſtriales*.

Immo-

Immobilium loco cenſentur, *Jura & ſervitutes*, *Reditus perpetui*, *Actiones* etiam, & quæ his ſimilia ſunt.

8. *Jura* tamen & *Servitutes* non ſeparatim conceduntur in feudum, ſed cum ipſo prædio vel fundo cui adhærent; niſi eas de novo Dominus in re ſua feudi nomine conſtituat. Et *ſervitutes* quidem *reales*, tam *urbanorum prædiorum*, quam *ruſticorum*. Inter *Jura* potiſſimùm ſunt *Jus Patronatus*, & *Advocatiæ*, quorum *illud* regendo tuendoque Eccleſiam, *hoc* tuendo ſolùm abſolvitur: & unà tranſeunt, ſi Dominus Eccleſiam, Caſtrum, vel Oppidum in quo illi competunt talia, *cum omnibus quæ ibi habet*, in feudum concedat. Circa *actiones* quoque eodem jure utimur, ſi nempe de *rebus immobilibus*, aut *quæ infeudari poſſunt*, eæ competant. Quippe quæ ſeqvuntur naturam illarum rerum, quarum nomine comparatæ ſunt, & ſive *reales* ſive *perſonales* ſint, *immobiles* cenſentur.

Weſenb. conſ. 48. num. 12. p. 1220. Schulz. d. l. n. 31. p. 197. ſeq. Schrad. d. l. c. 4. p. 57. n. 3. Roſenthal. Syn. Feud. c. 4. Concl. 13. p. 123. Schulz. Syn. d. l. n. 29. p. 196.

9. Ad *reditus* inprimis *Decimæ* pertinent: quarum ratio antiquisſimarum gentium conſvetudine introducta, mox Ebræorum lege confirmata, à Chriſtianis recepta etiam, atque ad noſtram ætatem usq; progreſſa eſt. Et *decimam rerum omnium partem* communi Jure denotant; quam *Deo, Miniſtris Eccleſiæ* atq; *pauperibus* ſacram eſſe pia antiquitas juſſit: conſvetudine tamen obtinuit, in quamplurimis locis, ut certa quantitas, & aliquando etiam vigeſima, aut aliæ partes, *Decimarum* nomine pendantur. Et hæc ipſa prima redituum Eccleſiaſticorum atque potiſſima pars, qvum, ut in genere de bonis Eccleſiarum *ſupra* diximus, eorum omnium poſſeſſionem ſibi vindicarent *clerici*, ſimul ad eos tranſiit, nec minus tandem etiam conceſſa *laicis* eſt; quo de cognoſcere licebit *inferiùs*, ubi *de iis, quibus conferuntur hæc beneficia*, agetur.

M. Ant. de Dom. l. 9. c. 2. p. 12. Covarr. t. 2. l. 1. c. 17. p. 84. ſeq. Duar. feud. c. 6. p. 1124. Tholoſ. Synt. l. 2. c. 20. p. 53. ſeq. ſupra h. c. 8. 6. Carpz. Conſ. l. 1. t. 8. def. 1. n. 11. p. 140. Ord. Eccleſ. art. gen. 22. inf. c. 5. th. 2.

422

Roſenthal. Syn. J. F. c. 4. concl. 34. p. 141.

10. In genere verò circa infeudationem horum bonorum notandum eſt, *alia* eſſe, in quibus *plenum* ſemper *dominium* Eccleſia retinet, qualia ſunt quæ dicuntur *de menſa Epiſcopi*, & infeudari ordinariè non poſſunt: *alia* de quibus *utile dominium in beneficium* aliis conferre ſolet, ſibi *directo* tantùm reſervato.

Roſenthal. d. l. concl. 30. p. 137.

De hac tamen infeudandi conſuetudine probanda non parum inter *Feudiſtas* controvertitur. Dum *aliis* placuit, rem infeudatam ſemel, & reverſam ſtatim morte vaſalli, jam præſumi infeudari ſolitam, & concedi ulterius poſſe: *alii* frequentes actus, & juſtæ præſcriptionis tempus exigunt; & *pro* immemoriali *pars* 40. aut 30. etiam annorum ſpatium poſcunt.

Schultz. d. l. n. 50. p. 215.

Cujus tamen cognitio, quod ſolet in rebus dubiis, & quæ nullo jure definiuntur, meliùs *Boni viri arbitrio* committitur.

11. De *ſuis* etiam *bonis*, ſi quæ poſſidet, infeudare *Clericus* poteſt, non minùs, quàm *feudum politicum* acquirere. Verùm utrumque *ſeculare* potiùs dicendum, quàm *Eccleſiaſticum*, neq; à *perſona* ſed *materia* ſumendum feudi nomen eſſe, *ſuprà* diximus.

Suprà cap. 1. theſ. 3.

Roſenthal. d. l. concl. 41. p. 147.

Si verò incertum ſit, utrum feudum à prælato conceſſum ſit *de bonis Eccleſiaſticis*, an *Patrimonialibus Prælati concedentis*, ita, ut neque ex inventario Eccleſiæ, neque aliqua alia ratione cognoſci ſatis queat, in hoc dubio *pro Eccleſia* pronunciandum eſt.

Caput IV.

A QVO CONCEDANTUR.

1. Ut cuique quid in *Feudum* concedere liceat, ut penes illum ſit *Dominium rei* requiritur. Quæ enim à non Domino fit, jure nulla eſt omnis alienatio. In *feudum* verò, niſi quæ alienare licet concedi non poſſunt.

2. F. 3.

2. Hinc

2. Hinc nata de *Dominio bonorum Eccleſiaſticorum* quæſtio, penes quem illud ſit, & agitata variè eſt. *Ad pauperes* illud pertinere arbitrabantur, qui non ſatis diſtingvendo inter *Dominium rei*, & *uſum*, à fine, cui deſtinata hæc bona ſunt ad ipſum Dominium argumentabantur. Eò textus, quibus, *quicquid habent clerici pauperum eſſe*, Patres ſcripſere, trahentes: nec cui, ſed cujus cauſa detur, conſiderantes. Hoc rectè minus, quòd non pro *pauperibus*, ſed *Eccleſiæ miniſtris* primariò collatæ & auctæ opes iſtæ ſint: apud *pauperes* verò *dominium* eſſe nullo modo posſit; quorum incerta multitudo nec univerſitatem nec collegium conſtituit, adeoq; *dominii* alicujus capax non eſt.

M. Ant. de Dom. l. 9. c. 5. p. 56.
Sarment. de red. Eccl. p. 1. c. 1. n. 15. ſeq. p. 7.
c quoniam quicquid. (68) 16. q. 1.

3. Neq; deerant, qui hoc *Clericis* tribuerent, ut quorum cauſa dotatæ potisſimum Eccleſiæ eſſent. Non magis probanda opinione, quàm illa ſuperiùs poſita, qvum eodem planè cum ea principio gaudeat: *clericis* verò nudam adminiſtrationem, absq; ullo alienandi Jure, & uſusfructus partem, quæ quidem ad alendum eos ſufficiat, concedi; quod ſupereſt, ne in ſuos uſus convertant, *canonum* præceptis ſanctè prohiberi conſtet. Quod, quàm longè à natura veri *dominii* abſit, nemo non videt.

M. Ant. de Dom. d. l.

4. Ad *Chriſtum*, &, qui ejus *vicarius* iis credebatur, *Pontificem*, id referebant non pauci, in ipſis *Pontificum Decretis Patrimonium Chriſti* dictas *Eccleſiarum opes*, & aliquoties conjunctas *Chriſti & Eccleſiæ pecunias* deprehendentes. Verùm aliud prorſus *Dominium* eſt, quo *generali* planè *Chriſtus* caput Eccleſiæ, & omnium rerum Dominus, non *Eccleſiaſtica bona* tantùm, ſed univerſam mundi ſubſtantiam, quanquam illa propiùs, complectitur, ab eo *Dominio*, quo de hîc loci quæſtio eſt.

c. cum ex eo. 34. de El. in 6.
c. qui Chriſti (1) c. qui obtulerit (6.) 12. q. 2.

Neq;

Neque enim unquam tale quid ſibi reſervavit ille, qui re-
[*Johann. 18. v. 36.*] *gnum ſuum non eſſe de hoc mundo* aperte fatetur; ſed quicquid in terris poteſtatis politicæ exercetur, ad quam cumprimis *Dominia rerum & earum Jurisdictio* pertinet, magiſtratibus politi-
[*Luc. 22. v. 25. ſeqq.*] ci libere conceſſit: *Eccleſiaſticis* verò tantum abeſt, ut aliquid hujus commune eſſe voluerit, ut à ſeculari *Regum* atq; *Magiſtratuum* cura planè eosdem ſeparârit.

[*L. ben. 3. C. de quadri. præſcr. v. Grot. de Imp. Summ. pot. circa ſacra. c. 1. 2. 3. 4. &c.*] 5. Ut rectè omninò *omnia Principis eſſe* Juſtinianus edicto reſcripſerit: & in *Eccleſiarum bona* non modo, ſed ipſos Eccleſiaſticos etiam, *niſi in rebus fidei*, Imperium ac Jurisdictio antiquiſſimo Jure illi competat. In *Ebræorum* ſanctiſſima republica, qvum legem regni ipſe Deus promulgaret, certè omni poenitica vi, ut cura etiam *Sacerdotes* prohibuit, à Jurisdictione Magiſtratuum & Regis nullum exemit. Inter *Gentiles* etiam primi Reges ſemper habiti, & apud prudentiſſimos eorum, nihil præter ſacrarum rerum curam illis erat reliqvum. Qvum *primus*
[*Liv. l. 1. p. 20. ſeq.*] *Romæ* leges *Numa* daret, eo tempore, *quo Deorum aſſidua inſidens cura, quum intereſſe rebus humanis cæleſte Numen videretur, ea pietate omnium pectora imbuerat, ut fides ac jusjurandum, propulſo legum ac pœnarum metu, civitatem regerent*, publica privataq; ſacra *Pontifici* ſubjecit, ſed hunc *Sibi*. Neque dedignavit infra ſe collocare, cujus munus nec Rege indignum habe-
[*Liv. l. 2. c. 2. p. 63. ſeq.*] tur, dum plurima ſacra ipſe obiret. Mox *Liber Populus*, Pontificem *Conſulibus* inferiorem, &, qvum adminiſtrandis ſacris, quæ per *Reges* factitata ante fuerant, *ſacrificulum regem* crearent, hunc illi ſubjectum voluêre. *Ultima* etiam *ætate*, poſt-
[*Suet. ejus V. c. 31. p. 77. Bellarm. de offic. princip. Chriſt. l. 1. c. 9. p. 1786. C.*] *quam ad unius Imperium* rediit, de horum *dominio* peculiari nuſquam ſibi legitur. Suſcepit tamen *Pontificatum Auguſtus* poſt obitum Lepidi: ne ad res novas moliendas in nova & nondum

fir-

firmata ſatis Republica ſumma minoris autoritas adjumento eſſe alicui poſſet. Cujus exemplum ſecuti ſeqventium Impp. plurimi ſunt: ne autoritate ſacra deſtituerentur, quibus omne politicum conceſſum regimen erat; Utq; faciliùs merentur tantæ Majeſtatis Nomen, ſi *Dcorum* potiùs, quàm *ſui Imperii* metum ſubditis injicerent. *Liv. l.1.p.63.*

6. Apud *Chriſtianos* etiam, qvum Eccleſiis *Epiſcopi* præficerentur divina autoritate, integritate vitæ, aut ſuppliciis etiam magni æſtimabantur; *civili* omni *potentia* deſtituti penitus erant. Mox *Romanus Epiſcopus* vindicare ſibi in cæteros Jus aliquod cœpit, ſed quod rebus ſuo officio competentibus abſolveretur. Et acceſſit ei major autoritas, poſtquam *Conſtantinus*, Primus Imperatorum ad Chriſtianam fidem converſus, *Sylveſtrum*, à quo Chriſtiano ritu aquis initiatus fuerat, (ſi *Guicciardino* credimus) non modo Patris haberet loco, ſed & opibus ac beneficiis non parùm augeret. Autoritatem ſecuta ambitio eſt, quod vitii genus plerunque comitari ſummos honores ſolet; ſed cui ſine ſcelere manifeſto indulgere ex voto non liceret, dum præſens *Cæſar* eſſet. Hoc verò *Byzantium* profecto, & eò translata Imperii ſede, ut Aſiæ rebelli propiùs incumberet, liberiùs ille agere, & per abſentiam aut oblito, aut certè metuendo minùs nomine Imperatoris, paulatim deſciſcentem Populum voluntario quodam obſequio continere.

Duaren. de benef. l.1 c. 10.p. 1157. & l.3.c.1.p.1172.

l.4.hiſt.p.m. 129.

7. Quæ res inſigni fabulæ cauſam præbuit, quò à *Conſtantino Magno Imperatore donatam Sylveſtro Urbem Romam & LXXII. Civitates*, ac *II. Oppidorum M. in Italia* cum *regia dignitate, & Imperialibus Ornamentis* audacter affirmant. Ficto in eam rem *Regio donantis diplomate*, & *Gratiani Pontificis Decreto-* *Limn. J.P.1, 9,37.*

creto-

c. Conſtantinus 13. & 14. diſt 96.
c. futuram X. de El.
per l. 10. C. de teſt.
Ann. 324. n. 118 p. 338 D.
Otto J. P. c. 4. p. 47.
Hortleder. l. 1. c. 47. p. 517.
M.A. de Domin. l. 6. c. 8. n. 52. p. 726.

cretorum Libris inſerto, ſed præmiſſo *Paleæ* titulo; repetito etiam in *Sexto Decretalium à Bonifacio*, ſub *Nicolai III. Papæ* nomine: iterum fruſtra, qvum *omnibus in re propria dicendi teſtimonii facultatem jura ſubmoverint*; hujus etiam texti prior non ſemel contrario, aut diſſimili tamen. Quamquam potiſſimam hujus figmenti ratio non modo ex *Baronii Bibliothecarii Pontificii, & Cardinalis*, hujusq; juſſu atque autoritate Annales ſuos colligentis; ſed & ipſius *Æneæ Sylvii Cardinalis*, poſt *Pii II. Pontificis* ingenua confeſſione abundè patet: Ab illius ætatis hiſtoria verò adeò aliena eſt, ut vel per tranſennam inſpicienti falſitas illa non incurrere in oculos non poſſit. Facilè deprehendenti, *Italiam* & ipſam *Romam à Conſtantino* qvum jamjam moriturus inter tres filios Imperium divideret, *Conſtanti* attributam: poſt ejus diſceſſum autem ipſos 300. annos partim ab *Imperatoribus*, partim per *Duces eorum atque Exarchos*, pulſis Gothis, qui per 70. annos ſubjectam armis Italiam tenuerant, regiè gubernatam, ſuos præſules piè coluiſſe, ignoraſſe Juriſdictionem tamen, & quicquid Pontifici regiminis hodiè ſibi vendicant. Impetravit tamen *Univerſalis Epiſcopi titulum à Phoca*, abominando *Mauritii Imperatoris*, ejusque uxoris ac liberorum parricidio ad Imperium evecto, *Bonifacius III.* quem ut *nominis vanitatis, novumq; ac prophanum vocabulum* paucis annis ante *Gregorius M.* improbaverat.

Thuan. l. 67. p. 181.
Gold. C. D. l. 1. 3. p. 636.
Id. M.R. t. 1. p. 24. lin. 35.
Duar. l. 1. de ben. c. 10. p. 1157.

8. Occupata à Longobardis *Italia*, & poſt expugnatam *Ravennam*, *Exarchatu* quoque, cujus illa ſedes fuerat hactenus, exſpirante, quod impeditis Aſiaticis bellis *Orientis Imperatoribus*, adeſſe *Romanis* & à ferociſſimæ gentis injuriis defendere eos non liceret, in fidem *Gregorii II. Pontificis* ſeſe dederunt, ejusque autoritate atque conſiliis cœperunt gubernari. Hujus

autem

autem ſucceſſores, qvum parum tueri cives poſſent, *Pipini Francorum Regis* implorârunt auxilium: qui victis Barbaris, quod ibi terrarum occupaverat, *Romanis Civibus*, & qui tunc illorum primus erat, *Papæ*, conceſſit. Admodum brevi tamen Imperio, & quod cum ipſo *Pipino* finiretur; à quo infeſta Longobardorum manus denuò illud *Romanis* fecit ambiguum: donec vocatus in partes *Carolus, Pipini F.*, everſo eorum Imperio, & vindicata in libertatem omni Italia, in ipſo octavi ſeculi fine, *communi S. P. Q. R. autoritate* electus atq; *à Leone III. Papa* coronatus, Imperatorem *Occidenti* reddidit. *Conring. de Germ. Imp. R.c. 7. p. 35.*

9. Et videbatur ſanè pertinere ad *Carolum* Imperium quod *Jure belli occupaverat* (unde anno illius ſeculi LXXIV. Deſiderio capto *Italiæ Rex* declaratus eſt): & *à ſuis Civibus ultrò offerebatur: Irene* etiam, penes quam tunc ſumma Orientalis Imperii erat, *conſentiente*; quod ſe ſolam ſuſtinendæ tantæ moli parem non eſſe, ſatis cognoſceret. *Pontificis* verò adeò non erat ad Germanos aut quemvis alium illud transferre, ut fruſtra impendant operam, qua ex hodiernis *Papicolis* nonnulli miſerè deſudant, omne hoc *ſuo Præſuli* non ſatis cautè tribuentes. Hactenus enim de *Papali* illa *Omnipotentia* nondum audierat Orbis; & quicquid ſomnii de libero de regnis atq; Imperiis diſponendi Jure proximis ſeculis Romanæ ambitionis Patroni venditarunt, aut ignorabant penitus, aut certè proferre in publicum non audebant. Adeoque nec concedere poterat alii Leo, quod ſuum non eſſet; Nec aliâ, quam vicaria operâ uſus, non efficiebat *Imperatorem*, imponendo ei coronam, ſed factum declarabat. Eadem ratione, qua hodiè etiam hoc ſolennitatis per *Epiſcopos* adminiſtrari in aliis regnis videmus, quibus tamen exinde nihil aut Juris in Regem ſuum, aut in ipſa

per §. 17. J. de R.D. Chronolog. Helmſt. d. anno.

Bellarm. l. 1. de translat. Imp per tot. M. Ant. de Dom. l. 6. c. 11. p. 818. Limn. J. P. 1, 6, 18.

485

Electione poteſtatis competit. Niſi, quod cum ipſo Populo commune aliquod votum concedi ei poterat, quo non ut *Episcopus*, ſed ut primarius *Civis*, ſimul in Electionem *Caroli* conſentiret. Cæterum *ſæculari Imperatoris Jurisdictioni pa-*

Guicciard.d. l.p.m.132.

rens; nec gravatus, hæc verba: IMPERANTE CAROLO, DOMINO NOSTRO, in diplomatibus ſuis *notandi temporis* juxta *ac obſervantia* adhibere.

10. In qua cum *ſucceſſoribus ſuis* perſtitit, uſque dum rerum eventus animos addidêre, ut ſuo ſe nutu regerent. Quod potiſſimùm debilitatis ſequentium Imperatorum vitiis impetrabant. Donec circa *undecimi* demum *ſæculi* finem, meditatum hactenus erumperet ſcelus, & ſumto *Gregorii VII.* nomine

Beſold.de Jurisdict. Imp. R.c 5.pag.11. ſeqq. Conring. de German.Imperio R. c.10. Goldaſt.C.J. t.1.pag.235. ſeqq. & t.3. p.314.ſeqq. Merian.Monarch.P.6.p. 537.

Hildebrandus Pontifex ſe *regnorum omnium Monarcham & Dominum*, majorine impietate an audacia vix dixeris, profitetur. Hic, quum videret alienatas ab *Henrico IV. Imperatore* Germanorum mentes, minoremque initio Cæſarem animum, quam quæ tuendo huic faſtigio ſufficeret, primum ſubtrahere ſe ejus imperio, & circa tentatum divortium, nec non Saxonica bella interveniendo præcipere; inde prophana & inaudita hactenus proditione excommunicatum ſpoliare Regno, & dum pœnitentiæ nomine Romæ tenet, *Rudolphum Suevum* in Romanorum Regem eligere auſus eſt, tranſmiſſa corona ſub ſuperbo titulo:

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho.

Sed cum mox ab *Henrico* reduce vincendum, & amputata præliantis ſacrilega manu futurum teſtimonio: non impune violari, quos nobis Imperium & divina inſtitutio venerandos reddidêre. Et continuavit hoc furoris *Gregorius*, nec contra *Henricum* movere quoscunque poſſet, deſtitit prius, [illegible]

in

in *Rudolphi* Locum per Germanos *Hermanno Lotharingo*, & evocatis *Normannis* tentata etiam proditione & machinis; quàm diverſorum Conciliorum decreto dejectus ſede, ac à *Roberto Normanno* captus in Salernitano carcere miſerè periret. Hæſit tamen in plurimorum pectore virus, quod ab ipſo hauſerant, atque à ſucceſſoribus etiam prætenſa hæc *papalis omnipotentia*, & uſurpata non raró eſt. Contra eundem *Henricum* paulo poſt *Urbanus II. Conradum F.* fruſtra tamen, excitavit. Ab hoc veró *Paſchalis II.* poſtquam ſuperſtitem filium *Henricum* à patre alienaverat, effeceratq; precibus ac minis, ut Optimum ſenem, pietatis ſpecie deceptum, Regno exueret, pro flagitio à Pontifice in Patris denuó excommunicati locum reſtituendus: nihil reliquit, quo extorquere omne ſuperioritatis Jus, & imprimis *liberam circa Beneficia Eccleſiaſtica & inveſtituras poteſtatem*, huic recens-creato Imperatori poſſet. Adeo non puduit hominem, quod autoritate ſua non poterat, bello ac cædibus quærere, & rupto ſacro fœdere, quod modo Sacramento firmaverat, ad mortem usque armis in Cæſarem graſſari. Nec meliores Paſchali, *Gelaſius & Calixtus IIdi*, defatigatum tandem *Henricum* eò adegerunt, ut inter concesſionem *Beneficiorum* ac *Regalium* facto diſcrimine omne Jus circa *illam* Pontificibus relinqueret, ſibi inveſtitura de *feudis* atque *regalibus Eccleſiaſticorum* reſervata.

Merian. d. l. p.542. ſeqq. Gold. C. I. t. 3. p. 317.

Merian. d. l. p. 551. ſeqq.

Goldaſt. C. I. t. 1. p. 254.

11. Verùm *ſequentes Imperatores*, qvum neq; de Jure Imperii concedere in eorum præjudicium aliquid potuiſſe *Henricum*, neq; obligare eos promiſſum cernerent, quod vi ac metu à ſuo prædeceſſore Pontifices extorſiſſent; certi hoc Jus ita ſibi competere, ut avelli ab eorum munere nullo modo posſit: atteſtantibus illud ipſis Papis, *Hadriano* imprimis atque *Leone*,

per l. 2. §. 8. D. de admin. rer. ad civit. pertin. per l. 1. quod metus cauſa. l. 1. de dolo malo.

quanquam ſub ambitioſo *Privilegii titulo*, quod eum ſibi honeſtiorem crederent. Nec ignari, quàm præclarè hanc ſuam *Jurisdictionem Eccleſiaſticam* exercuerint ante *Henricum*, in *Quinto Seculo* poſt Chriſtum *Honorius II. & Valentinianus III.* In *Sexto*, *Anaſtaſius*. In *Septimo*, *Conſtantinus V. & Juſtinianus*. In *Octavo*, *Leo III.* In *Nono*, *Carolus M.*, *Ludovicus Pius*, *Lotharius I.* In *Decimo*, *Ottones I. & II.* In *Undecimo* paulo ante *IV. & V. Henricus II. & III.* Vindicare illud ſibi denuò, & à novo genere ſervitutis ad priſtinam ſuam libertatem quaſi poſtliminio redire non parum laborârunt. Adeoque [illegible] circa *annum* 1137. in cauſa Pontificis iterum cognoviſſe Imperatorem *Lotharium Saxonem*, *anno* 1141 *Conradum III.* de *Beneficiis Eccleſiaſticis & Politicis* ſimul conſtituiſſe. Hinc *anno* 1156. *& qui ſequuntur*, Pontificis arrogantiæ fortiter ſeſe oppoſuit *Fridericus I.* *Hadriano Pontifice* eò audaciæ progreſſo, ut *Imperialis Coronæ inſigne*, *Beneficium à ſe collatum Imperatori* objiceret: *Alexandro III.* autem ipſo non conſentiente electo. Ex quibus *illum* ut revocaret ſcriptum, & ſatis adulatoria interpretatione iram Cæſaris leniret, facilè adegit: cum altero non feliciùs geſta res eſt, & poſt plurimorum annorum diſſidium, cum Venetias profugo Papæ, capto filio ſuo Ottone Imperator conciliari cuperet, impio pede eum calcavit *Alexander*, conculcaturus procul dubio ſimul cum eo & Majeſtatem Imperii, ſi tàm in ejus poteſtate fuiſſet, eam evertere, quàm proſtratum, & pacis ſpe ſecurum, lædere. Hinc *Anno* [illegible] *Balduinus de præcellentia Imperii & Obedientia Sacerdotii* reſcripſit *ad Innocentium III.* *Anno* 1227. *& ſeqq.* contra *Excommunicationem Papæ Gregorii IX. Campani*, *deq; ejus Aulæ* [illegible] *& Tyrannide compeſcenda* *Fridericus II.* edixit. *Anno* [illegible] *Ludovicus*

c.16,17,18,21, 22.23.diſt.63.
M.Ant. de Dom de R.E. l.6.c.7.n.125. p.703.
Gold. C.I.t. 3.p.587.
ibid. p. 597.
p.615.
& 631.p.646.
p.647. t.2.p. 132.ſeqq.
ibid.p.174.p. 305 t.1.p.217. t.2.p.311.
Merian. d.l. p. 533.
Gold. C.I.t. 3.p.320. ibid. p 327. Idem p.263.& t.3. p.333.
M. Ant. de Dom. d.l.n. 121.p.702.
Merian. d.l. p. 567.
Gold.C.I.t.3. p.371.
Id. t.3.p.327. ſeqq.
Ibid. p. 409. ſeqq.

tus IV. affixis ſuo & Ordinum Imperii nomine publicè edictis *de Jure Imperii* egit *contra Johannem XXII. excommunicantem: & anno 1338. ſuam poteſtatem ſine Pontificum autoritate ſanctam firmamq; ſubſiſtere* alio edicto confirmavit. *Anno 1408. Rupertus* rejecto *Alexandro V. Gregorium XII. Pontificem pronunciavit. Anno 1415. Sigismundus* in electione Papæ ſe *caput* geſſit, & *de concilii forma* diverſas conſtitutiones promulgavit.

Ibidem t. 1. p. 385.
Id. t. 3. p. 424.

12. Hanc verò *Jurisdictionem Cæſarum*, qvum poſt Hildebrandinam hæreſin *Pontifices* ægerrimè ferrent, in eaque tuenda varia fortuna Impp. uterentur, nec reſtituendi omnino priſtini Juris ſine inſigni clade, ſpes eſſet: *anno 1447*, imperante *Friderico III., Nicolao V.* Pontifice, pro Eccleſiæ atq; Imperii unione, facta *cum Sede Apoſtolica Germanicæ Nationis Concordata*, & confirmata utrinque ſunt. Facto inter *immediatè* & *non immediatè* ſubjecta ſedi beneficia diſcrimine: & *illorum* conceſſione abſolutè *Pontifici* relicta; *horum* verò collatione ita cum Papa diviſa, ut ſi quod Beneficium *Februario*, *Aprili*, *Junio*, *Auguſto*, *Octobri & Decembri menſibus* vacuum fieret, liberè diſponeretur per illos, ad quos eorum collatio, proviſio, præſentatio, electio, ſeu quævis alia diſpoſitio pertineret. *Januarius autem, Martius, Majus, Julius, September & November* ſedi Papali reſervarentur.

Gold. C. I. t. 1. p. 408.
Limnæus ad Capitulat. Carol. V. p. 395.

13. Huic conventioni tamen derogatum variè eſt, ut non ſemel nova aut declaratione, aut confirmatione fuerit opus. Adeoque ſtatim *anno 1510. Maximiliano I. Imperatori decem* Germanicæ Nationis & S. Rom. Imperii *Gravamina* exhibita ſunt: quæ mox, *anno 1522.* habitis à *Carolo* Norimbergæ Comitiis, ad *centum* usque excreſcerent.

Gold. C. I. t. 2. p. 119.
Ibi. t. 1. p. 456.
V. Thuan. l. 1. p. 2. D. p. 6. A. B. C. p. 7. C l. 79. p. 177. C. &c.

14. Jamque exceſſerat Regium faſtigium *Pontificatus*, & ma-

magnitudine laborabat ſua, quando miſertus Eccleſiæ Deus tanto malo paravit remedium, miſſo in Saxoniam Martino Luthero, quem divino zelo & heroico ſpiritu inſtructum ag[illegible] diendæ graviſſimæ rei & tantùm non deſperatæ [illegible] rem juſſerat. Didicit ex hoc orbis: poſſe Eccleſiaſticam [illegible] nam, poſſe etiam ipſam Eccleſiam citra Romani Pontificis autoritatem conſervari; & mox ab Hiſpanis & Anglis exemplum

Thuan. l. 1. p. 10. B.

hujus rei poſteritati reliquit, autoritate Pontificum per omnem

Ibid. p. 14. C.

Hiſpaniam à Carolo, ab Henrico VIII. per Angliam atq; Hiberniam, abolitâ. Hinc adſpirare ad priſtinam libertatem Germania cœpit, & fruſtrà impedire eam conantibus, qui à Pontificis partibus ſtabant, Jura Epiſcopalia ex conſtitutione Pacis Religioſæ anno 1552. Paſſavii cœptæ, anno 1555. Auguſtæ Vindelicorum confirmatæ, & ſequentibus comitiis innovatæ aliquoties & auctæ, Principibus Statibusq; Imperii Evangelicis liberè conceſſa ſunt: ſuſpenſâ ad generalem usque Religionum conciliationem omni Eccleſiaſticâ Juriſdictione Pontificum, quâ hactenus utebantur. Cœperunt etiam ipſi Pontifices multum remittere de imaginario ſuo Jure, quod ſatis intelligerent, quantum detrimenti paſſa ſuæ ſedis autoritas eſſet, tam egregiè illorum artibus, quibus totum hactenus orbem ſibi ſubjicere contenderant. Unde apud Pontificios quoque [illegible] autoritas circa ſacra Imperatori & Statibus redit, & obſervant ſtrictiùs, quæ in Concordatis illi promiſerunt.

Carpz. Conſiſt. l. 1. t. 1. def. 2. n. 5. ap. Hortled. tom. 1. l. 5. c. 14. Rec. Imp. de anno 1555. Auguſtæ. Inſtru. Pac. Osnabr. c. 5. §. 1. pr. §. 2. verſ. de cætero. & §. 16. p. 26. 31. & 55.

15. *Evangelici* verò *Status*, quum in tuendo ſuo Jure contra Pontificum decreta diutiùs periſterent, bellis atq; periculis variè afflicti, noſtra potiſſimum ætate, qua quid ultimum in bellicis tumultibus eſſet, vidimus, admittere temperamenti aliquid, quàm ab hoc fomite tot experiri incendia [illegible]

[illegible]

ruinas maluerunt, facta *Oſnaponte* Pace, qua *menſibus papalibus* in ſuis etiam Epiſcopatibus aliquid Juris concederent, hac ratione: *ut, in quorum Eccleſiaſticorum bonorum immediatorum Capitulis utriusq; Religionis Capitulares & Canonici, vigore præfati termini* (quem *Calendas Januar. Anni 1624.* ſtatuere placuit, ad cujus exemplum omnis controverſa Eccleſiaſtica res aut innovetur, aut ſtabiliatur,) *certo utrinq; numero admittuntur, menſesq; Papales id temporis in uſu fuerunt, porro quoque, ſi decedentes Capitulares & Canonici ex numero Catholicorum definito fuerint, obtineant, atq; executioni, caſu eveniente, mandentur; modo Papalis proviſio capitulis immediatè è Curia Romana & tempore legitimo,* (quod in Concordatis Nationis Germanicæ *tribus menſibus* deſcribitur,) *inſinuetur.* Idemq; de *mediatis* paulò poſt conſtituitur. Et dicuntur *immediata Beneficia*, quæ Imperatoriæ Jurisdictioni immediatè: *Mediata* quæ Statibus Imperii ſubjacent. *In reliquis* ſua Statibus relicta poteſtas; Statutumq;:ut *Jura eligendi & poſtulandi juxta cujusq; loci conſuetudines & ſtatuta antiqua illibata maneant, quatenus illa Imperii Conſtitutionibus, Transactioni Paſſavienſi, Paci Religioſæ, & imprimis ultimæ huic Declarationi & Transactioni ſint conformia.*

Inſtr. Pac. c. 5. §. 5. verſ. In quorum. p.35.

§.3. verſ. quotiens verò. §.9. verſ. Idē planè. p. 41.

ibid. §. 4. pr.

16. Sic igitur factâ pro ratione utriusque Religionis Jurium quoque differentiâ, *Evangelicorum Statuum* pleriq; *Epiſcopale ſuum munus* exercent per *Superintendentes, Officiales*, aut *Præpoſitos*, qui quaſi eorum *Vicarii* ſunt, & *Conſiſtoria, ſeu Collegia ex Theologis atq; Jurisconſultis conſtituta, & tam concedendis Eccleſiis atq; Beneficiis, quàm controverſiis de perſonis aut rebus Eccleſiaſticorum expediendis principali autoritate munita.* Alibi tamen *in Cancellariis*, quas vocant, tractari has cauſas o-

Carpz. Conſiſt.
Beſold. de Jurisd Imp. R. c. 18. p. 53.

mones reperias, ubi nullæ inſtitutæ Conſiſtoria ſunt, & ea Conſiſtorialia deputatorum nomine (zum Conſiſtorial-Sachen Verordnete) decreta conſignari.

17. Inter ſuæ Religionis ſocios *Romanus Pontifex* cum ſe *caput Orbis, rerumq; Dominum* vendicat, quo jure [illegible] incertus, aliis *directum* illud, aliis *indirectum* ei tribuentibus; titulo etiam mox fictæ alicujus atque invalidæ *donationis*, mox *Præſcriptionis*, quanquam interpellatæ atque interruptæ [illegible], (prout *ſupra* demonſtravimus), prætenſo; nonnullis verò diſputantibus, utrum *in actu*, an *in habitu* hæc temporalis Jurisdictio ipſi competat, omnium Eccleſiarum atque Beneficiorum conceſſionem *ſibi* arrogavit. Hinc natum quoque dogma *omnium Eccleſiarum res infeudare Pontificem poſſe*; & vix admiſſa limitatio, qua civitates integras & id genus alia alienare *ſine Cardinalium conſenſu* prohiberetur, quod illi *Romanæ* Eccleſiæ eſſe Capituli loco viderentur. Etiam cum *Prælatis inferioribus* concurrere hanc *ſuam Jurisdictionem* voluit, & ne prævenire ſua juſſa remotiores poſſent, vacua Beneficia conferendo ſtatim aliis (hoc enim caſu ſecunda *Proviſio* [illegible] erat inutilis) *Gratiarum Exſpectativarum* remedio uſus [illegible] bus datis diplomatis nondum vacantia Beneficia certis perſonis mandaret concedi, quum ea vacare contigerit; [illegible] primum nomine, mox *præceptis*, tandem [illegible], [illegible] *mandatis executorialibus*, introducto in ordinem Eccleſiaſticum novo juxta atq; pariter probando inſtituto, *quo contra communis Juris* legem ad deſiderium alienæ mortis [illegible] vendi inducebantur. Abrogato etiam ex parte [illegible] *tis*, quoad menſes ſcilicet Politicæ Statuum Jurisdictioni ſubjectos: ſed mox tam uſurpato temerè, ut inter X illa Gravamina

nunc

v. Grot. de Imp. Summ. pot. circ. Sacr. c.12. pag. 386. ſeq.
Beſold. d.l. c. 5. p. 11. ſeq.
Bellarm. de S. Pont. l.5. c. 4,5,6,7, & 8.
ſup. §.7. & 11.
Covarruv. tom.1. p.545. n.7.
Roſenthal. c. 4. concl. 17. p. 126. n. 1. & 2.
Duaren. d.l. 3. c. 1. p. 1172. & l.5. c. 8. p. 1188.
Roſenth. d. l. n.3.
Duaren. d.l. p.1189.
M. Steph. l.3. p.1. c.18. n.10. p.164. ſeqq.
c.2. X. de conceſſ. præb.
c.2. eod. in 6.
Leg. 31. C. De Epiſc. & Cler. l.30. C. De pact. l.1. C. de tranſact. §.3.

anno 1510. *Maximiliano Imperatore* exhibita, hoc ipſum *quintum locum* occupaverit, quo de nimia frequentia *Gratiarum Expectativarum*, & exinde facta pecuniarum profuſione Imperii Ordines conqueruntur. Neque dubium eſt, hoc tam inſigni abuſu earum permotum *Carolum V.* anno 1525. Toleto promulgato edicto, per omnem Hiſpaniam, conſtitutâ in ſecus agentes graviſſima pœnâ, prohibuiſſe, *ne ulla Apoſtolicarum literarum eſſet autoritas, quæ aliqua ratione Jus Patronatus Regium impedirent.*

ap. Gold. C. I. tom. 1. p. 119. n. 5.

Covarr. tom. 1. part. 2. pag 541. n. 7.

18. Non multum abſimilis huic exercendæ potentiæ Inſtrumento eſt *Legatorum miſſio*, qua in remotiores provincias certos homines legat, cum *ordinaria Jurisdictione*, ut ibi præſint Eccleſiaſticis, & in eorum cauſis cognoſcant: idemque ſint in ſuo foro, quod in Politico *Cæſarum Præſides.* Nomen illis triplex, & ſecundum hoc diverſa etiam autoritas ac Jurisdictio. Vel enim ſuæ dignitati annexum ſemper hoc officii habent, & *Nati* dicuntur: vel extra ordinem legatio illis committitur, & dicuntur *Conſtituti*; niſi ſint de *Cardinalium* numero, qui *Laterales* ſeu *Legati de latere* audiunt, & tertiam ſpeciem conſtituunt. Hoc majori autoritate gaudentes, quo propiùs ad *Pontificiam dignitatem* accedunt; unde *Senatores, & pars corporis ejus* cenſentur. Ex his, qui *Natorum & Conſtitutorum* nomine veniunt, ſi ſpecialiter illis mandatum ſit: *Laterales* autem indifferenter & ex ſuæ Legationis officio conferre Beneficia vacantia poſſunt. Poſſunt & *Cardinales Legati* reſervare ſibi nondum vacantia, ad concedendum ea certæ perſonæ, hoc effectu, ut irritum ſit, quicquid contra hanc reſervationem ordinarius Patronus aut Collator egerit. Cujus etiam Jurisdictionem omninò ſuſpendere ſuæ legationis tempore valent

Durãd Spec. l. 1. part. 1. de Legatis. §. 4. n. 3. p. 32. & n. 38. p. 36.

c. 2. de off. leg. in 6.

Durand. d. l. §. 3. p. 20.

c. Decreto (11) 2. q. 6.

c. ſi quis. (22) 6. q. 1.

Dur. d. l. §. 5. p. 38.

c. 1 de off. leg. in 6.

Duar. l. 3. c. 3. p. 1173.

& interdicere. Jus tamen ad vacaturum alicui concedere prohibentur.

Duar. d. l. c. 4. p. 173.
cap. 1. X. de elect. c. 32. eod.
c. congregatio (43.) 16. q. 7.
c. hoc (1.) 18. q. 2.
c. 6. X. de his quæ ſiunt à præl.
c. nullus (11.) 16. q. 7.

19. *Ordinario Jure* in ſua quiſque Eccleſia *Prælati ſummi* & Beneficia concedunt, & feuda conferunt. Vacante ſede illius Eccleſiæ *Collegium ſeu Capitulum* eligit: & confirmant Epiſcopum *Metropolitanus*; *Metropolitanum Patriarcha*; *Patriarcham Pontifex*. *Hic* verò, ſublato Jure omni, quod olim in ejus electione *Imperatori Populoq; Romano* competebat, à ſolis *Cardinalibus* eligitur & confirmatur. In cœnobiis etiam ſibi *Abbatem Monachi* ſumunt, priore defuncto: & confirmationem ab *Epiſcopo* petunt. Reliquæ *præbendæ ac dignitates* ab *Epiſcopo*, in *Cathedralibus* quidem Eccleſiis conſentiente Capitulo, in *minoribus* hoc præſentante, conceduntur. Niſi aliud conſvetudine introductum ſit.

Duar. d. l. c. 6. p. 1174.
Roſenth. c. 4. concl. 26. n. 2. p. 132.
Schrad. part. 10. ſect. 3. pag. 117. n. 169
Carpz. Conſ. l. 1. tit. 2. per tot.

20. *Soli* tamen *Capitulo* conferre Beneficia feudave concedere *Sede vacante* non licet: niſi communis ante hac poteſtas cum *Epiſcopo*, hoc deficiente, ad illud jure ſuo devolvatur; aut de bonis ſeparatis, quæ ad *Capitulum* pertinent. In his enim, quæ *Prælato* Jure quodam ſpeciali & accidentaliter competunt, (quale etiam *Jus infeudandi* eſt) hujus defuncti vicibus *Capitulum* minimè fungitur. *Commendare* tamen Eccleſiam vacantem poteſt idoneo viro, qui eam adminiſtret, donec eligendus *Epiſcopus* miniſtrum paſtoremve ei præficerit.

M. Steph. l. 3. de Juriſd. p. 1 c. 17. p. 155. ſeq.
Tholoſ. Synt. l. 17. c. 3. pag. 4.
Carpz. Conſ. l. 1. t. . d. 55. p. 68.

21. Quod in Cathedralibus & Collegiatis Eccleſiis *Electio*, hoc in Patronatis *Præſentatio* eſt, potiſſimum effectus *Juris Patronatus*. Quod definitur: *Jus honorificum, onero-ſum, competens alicui in Eccleſia, pro eo, quod Deo ipſe ſeu conſenſu Eccleſiam vel fundavit, vel conſtruxit, vel dotavit. Honorificum*, propter *prærogativam*, quam habet *Patronus* in ſua Eccleſia, qua reliquos omnes præcedit; *jus* etiam *Exedræ, Sepul-*

cri, & imprimis *præſentationis*: cujus vi nullum ordinare *Epiſcopus* poteſt, quem non *Patronus* præſentaverit inſtituendum; niſi indignum præſentaverit, quo caſu eum repudiare *Epiſcopo* licitum eſt. Inſtituere tamen, atque deponere præſentatum *Patronus* nequit, quum illud non ad *Jus Patronatus*, ſed *Jurisdictionem Episcopi propriam* pertineat; niſi tamen jure aut diuturnæ conſuetudinis, aut ſpecialis alicujus privilegii utatur. *Mutari* etiam Eccleſiam vel ejus conditionem ſine *Patroni* conſenſu non conceditur. *Utilitas* in eo conſiſtit, quod vergente ad extremam inopiam *Patrono*, in gratitudinis vicem ali ab Eccleſia cum liberis debent, pro *Eccleſiæ* & ipſius *Patroni* conditione. Addito hoc *onere*: ut perpetuò teneatur *Patronus* defendere Eccleſiam ſuam, & ne ejus bona dilapidentur proſpicere; aut ſubſtituere de ſuis, ſi antiqua deficiant. Diſtingvitur autem inter *Jus Patronatus Laïcorum & Eccleſiaſticorum*. *Laicis* ad præſentandum *quatuor menſes* Jure Canonico relinqvuntur: quibus elapſis etiam non præſentatum aliquem idoneum miniſtrum inſtituere *Episcopus* non prohibetur. Et acquiritur illud vel *fundatione*, vel *conſtructione*, vel *dotatione de bonis propriis* facta. Juxta communem verſum:

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

Extraordinariè etiam *præſcriptione*, *donatione*, *permutatione* transfertur. Quin etiam *cum Univerſitate* tranſit: qua *vendita, locata, aut in feudum conceſſa*, (quo de *ſupra* monuimus) *Jus* etiam *Patronatus emtori*, *conductori*, aut *vaſallo* competit. Ad *heredes* in ſtirpes transmittitur. *Eccleſiaſticorum ſeu Clericorum Jus Patronatus* dicitur, quoties ex Eccleſiæ bonis Eccleſia conſtruitur, vel dotatur, vel ratione Eccleſiæ aut Eccleſiaſticæ dignitatis alteri competit. Unde *Clericos* ipſos, ſi ratio-

c.25.in fin.X. de Jur.Patr.
cap.decernimus (32.) 16. q.7.
c.5. & 21. X. de J.Patron.
c.monaſt. (33).
c. rationis. (34) 16. q.7.
d.c. 25. de J. Patr. f. cap. quicunque (30) 16.q.7.
c filiis (31) 16. q.7.
c. 30. X. de præbend.
Duar. l.5. c. 4.p.1186.
Clem. un. de J.Patr. in 6.
c.3.
c. 27.
c.11.
c.14.X. h.t.
ſup.c.3.§. 8.
c.6.X.de rer. permut.
c.13. X. de J. Patr
Clem. 2. eod.

630

tione proprii patrimonii hoc Jus nacti fuerint, *Patronis Lai-*

Tom.II.c.34. *cis* annumerari, tanquam omnium conſenſu [illegible], *Cova-*

n.2.p.514. *ruvias* obſervat. Tempus Præſentationi [illegible] *Se-*

meſtre præfigitur: quia factam ſemel præſentationem [illegible],

his non licet, quod in Laicorum præſentationibus [illegible].

Utroq; termino *à tempore ſcientiæ* computando.

Caput V.

CUI CONCEDANTUR.

